Sala
Gab. R
Est. 73
Tab.
N.º 18

R
73
18

quæ per Miſſale hoc à nobis nũc traditur, decãtent, ac legãt: neq; in Miſſæ celebratione alias cæremonias, vel preces quam quæ hoc Miſſali continentur, addere vel recitare præſumant.

ATQue vt hoc ipſum Miſſale in Miſſa decantanda aut recitanda in quibuſuis Eccleſijs abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo, aut aliquarum pœnarum, ſentẽtiarũ, cenſurarũ incurſu poſt hac omnino ſequantur, eoque liberè & licitè vti poſsint & valeãt, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ etiã perpetuò cõcedimus, & indulgemus. Neue Præſules, Adminiſtratores Canonici, Capellani, & alij quocunque nomine nuncupati Presbyteri ſeculares, aut cuiuſuis ordinis regulares, ad Miſſam aliter quã à nobis ſtatutum eſt, celebrandã teneãtur, neque ad Miſſale hoc immutandũ à quolibet cogi, & compelli, præſentesue literæ vllo vnquã tempore reuocari, aut moderari poſsint, ſed firmè ſemper, & validæ in ſuo exiſtant robore, ſimiliter ſtatuimꝰ, & declaramꝰ. Nõ obſtantibus, præmiſsis, ac cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibꝰ Concilijs editis, generalibus vel ſpecialibus cõſtitutionibus, & ordinationibus, nec non Eccleſiarum prædictarũ vſu longiſsimo, & ĩmemorabili præſcriptione, non tamẽ ſupra ducẽtos annos roborata, ſtatutis & conſuetudinibus contrarijs quibuſcunque. Volumus autẽ & eadem auctoritate decernimus, vt poſt huius noſtræ cõſtitutionis, ac Miſſalis editionem, qui in Romana adſunt Curia Presbyteri, poſt menſẽ, qui verò intra montes poſt tres, & qui vltra montes incolunt, poſt ſex menſes aut cũ primum illis Miſſale hoc venale propoſitũ fuerit, iuxta illud, Miſſam decãtare vel legere teneantur. Quod vt vbique terrarũ incorruptũ ac mendis, & erroribus purgatũ præſeruetur, omnibus in noſtro & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Dominio mediate, vel immediate ſubiecto cõmorãtibus impreſſoribus, ſub amiſsionis librorũ ac centum ducatorũ auri Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicãdorum: alijs vero in quacũque orbis parte cõſiſtentibus ſub Excõmunicationis latæ ſẽtẽtiæ, & alijs arbitrij noſtri pœnis, ne ſine noſtra, vel ſpecialis ad id Apoſtolici Cõmiſſarij in eiſdem partibus à nobis cõſtituendi: ac niſi per eũdem Cõmiſſarium eidem impreſſori Miſſalis exẽplũ, ex quo aliorũ imprimẽdorũ ab ipſo impreſſore erit accipiẽda norma cum Miſſali in vrbe ſecũdum magnã impreſsionem impreſſo collatũ fuiſſe, & cõcordare, nec in vllo penitꝰ diſcrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant, vel præſumãt, autoritate Apoſtollica, & tenore præſentiũ ſimilibus inhibemus. Verum quia difficile eſſet præſentes literas, ad quæq; Chriſtiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omniũ notitiam perferri, illas ad Baſilicæ principis Apoſtolorũ ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ de more publicari, & affigi, ac earũdẽ literarum exẽplis etiam impreſsis ac manu alicuius publici tabellionis ſubſcriptis, nec nõ ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, eandẽ prorſus indubitatã fidẽ vbiq; gentium & locorum haberi præcipimus, quæ præſentibꝰ haberetur, ſi oſtẽderẽtur vel exhiberẽtur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginã noſtræ permiſsionis, ſtatuti, ordinationis mandati, præcepti, conceſsionis, indulti, declarationis, volũtatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, Milleſsimo. Quĩgenteſimo, Septuageſimo: Pridie Idus Iulij. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius. H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini Milleſsimo. Quingenteſimo, Septuag. indictione Decimatertia, die vero Vigeſimanona mẽſis Iulij, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto patris, & Domini noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti anno eius quinto, retro ſcriptæ literæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Baſilicæ principis Apoſtolorum ac Cancellariæ Apoſt. & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Curſores.

Scipio de Octauianis Magiſter Curſorum.

# RVBRICAE GENERALES MISSALIS.

MISSA QVOTIDIE dicitur ſecundum ordinem Officij de feſto Duplici vel ſemiduplici, vel Simplici: de Dominica, vel Feria: de Vigilia, de Octaua: & extra ordinem officij, Votiua, vel pro defunctis.

## De duplici.

MISSA dicitur de Duplici, illis diebus quibus in Calendario ponitur hæc nota, Duplex, & in Feſtis mobilibus, quãdocunq; officiũ fit duplex,

In Duplicibus dicitur vna tantum Oratio, niſi aliqua cõmemoratio fieri debeat. Alia omnia dicũtur vt in proprijs Miſsis aſsignatum eſt. Quando dici debet, Gloria in excelſis & Credo, interius dicitur in proprijs Rubricis.

## De Semiduplici, & Simplici.

MISSA de dicitur quãdo in Calendario ponitur hæc vox, Semiduplex. Præterea, in Dominicis, & diebus infra Octauas.

In Semiduplicibus tam feſtis, quam Dominicis, & intra Octauas dicuntur plures Orationes, vt infra dicitur in Rubrica de Oratione: Infra Octauã dicitur Miſſa ſicut die feſti, niſi ꝓpriã Miſsã habuerit: In Dñcis vero ſicut in ꝓprijs locis aſsignantur.

De Simplici dicitur Miſſa ſicut Semiduplici, vt ſuis locis ponitur.

## De Feria, & Vigilia.

MISSA de Feria dicitur quando nõ occurrit Feſtum, vel Octaua, vel Sabbatũ in quo fit Officium beatæ Mariæ.

In Ferijs tamẽ Quadrageſimæ, Quatuor Tẽporũ, Rogationũ, & Vigiliarũ, etiã ſi Duplex vel Semiduplex Feſt. vel Oct. occurrat in Eccleſijs Collegiatis dicũtur duę Miſſę vña de Feſto, alia de Feria.

In Vigilijs autem quæ veniunt infrà Octauam, Miſſa dicitur de Vig. cũ cõmemoratione Octauæ. Si Feſtũ habẽs Vigiliã, celebretur feria ſecũda, Miſſa vigiliæ dicitur in Sabbatho, ſicut etiã fit Officiũ.

Miſſa Vigiliæ in Aduentu occurrẽtis, dicitur cũ Cõmemoratione de Aduẽtu, licet de ea nõ ſit factũ Officiũ, excepta vig. Natiuitatis & Epiphanię vig.

Si in Quadrageſima & quatuor temporibus occurrat Vigilia, dicatur Miſſa de Feria cũ cõmemoratione Vigiliæ. Toto tempore Paſchali non dicitur Miſſa de Vigilia, niſi in Vigilia Aſcenſionis, quæ tamen nõ ieiunantur, ſicut nec vigilia Epiph.

## De Miſsis votiuis ſanctæ Mariæ, & alijs.

IN Sabbathis non impeditis Feſto Duplici, & Semidupli, dicitur Miſſa de Sancta Maria, ſecundum varietatẽ temporũ, vt in fine Miſſalis ponitur Sabbathũ fuerit impeditum Feſto Duplici, Semiduplici, Octaua Vigilia, Feria Quatuor Temporũ & Quadrageſimæ, Miſſa principalis dicitur ſecundum Officium diei.

In Aduentu autẽ licet Officiũ non fiat de S. Maria in Sabbatho, dicitur tamen Miſſa principalis de ea, cũ cõmemoratione de Aduentu, niſi fuerint Quatuor Tempora, vt ſupra: Alijs diebus infra Hebdomadam quando Officiũ fit de feria (exceptis Ferijs Aduẽtus, Quadrageſimæ. Quatuor Tẽporũ, Rogationũ, & Vigiliarũ) dici poteſt aliqua Miſſa Votiua etiã in principali Miſſa quæ dicitur Cõuentualis, ſecundũ ordinẽ dierũ in fine Miſſalis aſsignatũ, Quæ tamen Miſſæ, & aliæ quæcunq; Votiuæ, in Miſsis priuatis dici poſſunt pro arbitrio Sacerdotũ, quocunq; die Officiũ non eſt Duplex. Id verò paſsim non fiat, niſi rationabili de cauſa: vt quod fieri poteſt, miſſa cum Officio conueniat.

## De miſsis Defunctorum.

PRIMA die cuiuſq; Menſis (extra tẽpus Paſchale) nõ impedita officio Duplici & Semiduplici, dicitur Miſſa principalis generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs.

IN Eccleſis autẽ Collegiatis dicantur duæ miſſæ, vna pro Defũctis, alia de Feſto Simplici, ſi occurrat: vel de Feria, ſi propriã habeat Miſſã, vel reſumenda ſit Miſſa de Dominica præcedẽti, quæ fuit impedita, cũ infra Hebdomadã non occurrit alius dies: in quo reſumi poſsit miſſa de Dominica. Sed in Eccleſijs nõ Collegiatis dicatur Miſſa de die cũ commemoratione generaliter pro defunctis.

Præterea Feria ſecunda cuiuſque Hebdomadæ in qua Officium fit de Feria, Miſſa principalis dici poteſt pro Defunctis. Si autẽ fuerit propria Miſſa de Feria, vel de Feſto Simplici, in Collegiatis Eccleſijs dicantur duæ Miſſæ, alioquin in Miſſa de die fiat Cõmemoratio, (vt dictũ eſt) pro defunctis. Excipitur tamen totũ tempus Paſchale. & quãdo per annum Officium eſt duplex, vel Semiduplex: quibus temporibus non dicitur miſſa principalis pro Defunctis niſi in die Depoſitionis defuncti, & in Anniuerſario pro Defunctis. Et ſimiliter, niſi fuerit Duplex, quocunq; die dici poſſunt priuatæ miſſæ pro Defunctis, præterquã in Dominicis. ¶ In die Cõmemorationis omnium Defunctorũ, & in Die depoſitionis. & ĩ Anniuerſario Defũcti, dicitur vna tantũ Oratio: in alijs Miſsis, plures vt in Rubrica de Cõmemorationibus & Orationibus dicetur.

Sequentia pro Defunctis dicitur in die omnium Fidelium Defunctorum, & Depoſitionis Defuncti. In Anniuerſario autẽ, & in miſſa cõmuni pro Defunctis dicetur pro arbitrio Sacerdotis.

## De Tranſlatione Feſtorum.

IN dicẽdis Miſsis ſeruetur ordo Breuiarij de Tráslatione Feſtorum Duplicium, & Semiduplicium,

quando

quando maiori aliquo Feſto, ſeu Dominica impediunt.

IN Eccleſijs autem, vbi titulus eſt Eccleſiæ vel concurſus populi ad celebrandum Feſtum, quod transferri debet, poſſunt cantari duæ miſſæ, vna de die, & alia de Feſta: aut ſaltem Commemoratio fieri de Feſto, ſi eo de Feſto in illa Eccleſia Officium fieri non debeat.

De Commemorationibus.

COmmemorationes in Miſsis, fiunt ſicut in Officio.

De Feſto Simplici fit commemoratio in miſſa, quando de eo in Officio facta eſt Commemoratio in Veſperis. Quando autem de eo fit commemoratio tantum ad Laudes, in miſſa Solenni nulla fit Commemoratio de eo, ſed in miſsis tantum priuatis.

De Dominica fit Commemoratio, quando in ea fit de Feſto Duplici.

De Octaua fit Commemoratio, quando infrà Octauam fit de aliquo Feſto, niſi illud Feſtum fuerit de exceptuatis in Rubrica Officij de Commemorationibus. Item quando infra Octauam fit de Dominica.

De Feria fit commemoratio in Aduētu, Quadrageſima, Quatuor Temporibus: Rogationibus, & Vigilijs, quando miſſa dicenda eſt de Feſto Duplici vel Semiduplici illis temporibus occurrente.

Sed in Eccleſijs Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant in Ferijs, Rogationibus, & Vigilijs prædictis dicuntur duæ miſſæ, vna de Feſto alia de Feria, Rogationibus, & Vigilia prædictis, abſque vlla vtrorumque Commemoratione. Quando infra Hebdomadam dicuntur miſſæ Votiuæ, poſt primā Orationem ſemper dicatur Oratio eius de quo fit Officium. Quando fit Comemoratio de Feria Quatuor Temporum, pro Feriæ Commemoratione dicitur prima Oratio quæ concordat cum Officio.

IN Faciendis Commemorationibus ſeruetur ordo vt in Breuiario de Dominica ante Feſtum Semiduplex, quod infra Octauam celebratur: de feſto Semiduplici ante octauam: de Octaua ante ferias prædictas. de Ferijs prædictis āte Feſtum Simplex de Feſto Simplici ante Orationes Votiuas. Si facienda ſit Commemoratio pro Defunctis, ſemper ponitur penultimo loco. In alijs Cōmemorationibus á prædictis ſeruetur dignitas Orationum, vt de Spiritu Sancto ante beatam Mariam, de Angelis ante Apoſtolos, & ſimiliter in alijs. In Miſsis Defunctorum nulla fit Commemoratio pro viuis etiam ſi Oratio eſſet Communis pro Viuis & Defunctis.

Quando dicuntur plures Orationes, prima tantum & vltima cū ſua concluſione terminantur: & ante primam & ſecundam Orationem tantum dicitur, Oremus: ante primam dicitur etiam, Dominus vobiſcum. Cūm verò dicuntur plures Orationes, & vna Oratio eadem ſit cum alia ibidem dicenda, Oratio huiuſmodi, illa ſcilicet quæ eadem eſt, non aliæ, commutetur cum alia de communi vel proprio quæ ſit diuerſa.

De Introitu Kyrieeleiſon & Gloria in excelſis.

INTROITVS Semper eodē modo dicitur cum Gloria patri vt in Ordinario, præterquam tempore Paſsionis, & in Miſsis Defunctorum, vt etiā ibi annotatū eſt. Kyrie eleiſon dicitur nouies poſt Introitum, alternatim cum miniſtro, id eſt, ter Kyrie eleiſō, ter Chriſte eleiſon ter Kyrie eleiſon.

GLORIA in excelſis dicitur quādocunque in Matutino dictus eſt Hymnus Te Deum. præterquam in Miſſa Feriæ quintæ in Cœna Domini & Sabbati Sancti, in quibus Gloria in excelſis dicitur.

IN Miſsis Votiuis non dicitur: niſi in Miſſa beatæ Mariæ, & Angelorum: & niſi Miſſa Votiua dicenda ſit pro re graui, vel pro publica Eccleſiæ cauſa, Neque etiam dicitur in Miſsis Defunctorū.

De Orationibus.

IN Feſtis Duplicibus dicitur vna tantum Oratio, niſi facienda ſit aliqua Commemoratio, vt dictum eſt ſupra.

IN Feſtis Semiduplicibus occurentibus ab Octaua Pentecoſtes vſque ad Aduentum, & à Purificatione vſque ad Quadrageſimam dicitur ſecunda Oratio, A cunctis. Tertia ad libitum.

IN Feſtis Semiduplicibus occurrentibus ab Octaua Epiphaniæ vſque ad Purificationem, dicitur Secunda Oratio. Deus qui ſalutis: Tertia, Eccleſiæ, vel pro Papa.

IN Feſtis Semiduplicibus a Feria quarta Cinerum vſque ad Dominicā Paſsionis: Secunda, de Feria: tertia, A cunctis.

IN Feſtis Semiduplicibus, à Dominica Paſsionis vſque ad Dominicam Palmarum, Secūda Oratio, de Feria: tertia, Eccleſiæ, vel pro Papa.

IN Feſtis Semiduplicibus ab Octaua Paſchæ vſque ad Aſcentionem, ſecunda Oratio, de ſancta Maria, Concede: tertia, Eccleſiæ, vel pro Papa.

IN Feſtis Semiduplicibus infra Octauas occurrentibus, Secunda Oratio dicitur de Octaua: Tertia quæ ſecundo loco infra Octauam dicitur. Infra Octauas Paſchæ, & Pentecoſtes, quādo Miſſa dicitur de Octaua, dicuntur duæ tantum Orationes, vna de Die, alia Eccleſiæ, vel pro Papa.

INFRA alias Octauas & in Vigilijs quæ ieiunantur (excepta Vigilia Natiuitatis Domini, & Pentecoſtes) dicuntur tres, Vna de Die, Secunda de Sancta Maria, Tertia, Eccleſiæ, vel pro Papa. Sed infra Octauas ſanctæ Mariæ, & in vigilia & infra Octauam omnium Sanctorum: ſecunda Oratio dicitur de Spiritu ſancto, alia Eccleſiæ, vel pro Papa. In Dominicis infra Octauas occurrentibus dicuntur duæ Orationes, vna de Dominica, Secunda de Octaua. In die Octaua, dicitur vna tantum Oratio, niſi aliqua Commemoratio facienda ſit.

IN Dominicis dicuntur tres, vt in Ordinario aſsignantur, quibuſdam exceptis, vt ſuis locis aſsignatur.

IN Feſtis ſimplicibus, & Ferijs per anuum, dicuntur tres, vt in Semiduplicibus: poſſunt etiam dici quinque, vel ſeptem ad libitum.

IN Ferijs Quatuor Temporum, & vbi plures leguntur Lectiones, huiuſmodi plures Orationes dicuntur poſt vltimam Orationem ante Epiſtolam: & aliæ Orationes cum Lectionibus, vt ſuis locis in proprio Miſſarum de Tempore.

IN Miſsis Votiuis quãdo dicuntur pro re graui vel pro publica Eccleſiæ cauſa, dicitur tantum vna Oratio: ſin aliter, dicuntur plures, vt in Feſtis Simplicibus.

SED in Votiuis beatæ Mariæ ſecunda Oratio dicitur de Spiritu ſancto, & in Votiuis de Apoſtolis, quando dicitur Oratio, A cunctis. eius loco dicitur Oratio de ſancta Maria, Concede. Si quãdo plures dicuntur Orationes, occurrat fieri Commemoratio alicuius ſancti, ea ponitur ſecundo loco: & tertia Oratio dicitur quæ, alias ſecundo loco dicenda erat.

IN concluſione Orationum hic modus ſeruatur. Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur Per Dñm noſtrum, &c. ſi ad filium, Qui viuis & regnas cum Deo patre Si in principio orationis fiat mentio filij, concluditur, Per eundem. Si in fine orationis eius fiat mentio: Qui tecũ viuit. Si facta ſit mentio Spiritus ſancti, in cõclusione dicitur, In vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus, &c. Alia quoque in dicendis orationibus ſeruantur, quæ ſuperius in Rubrica de commemorationibus dicta ſunt.

## De Epiſtola Graduale, Alleluia. & Tractus, ac de Euangelio.

POST vltimam Orationem, dicitur Epiſtola qua finita, a Miniſtris, dicitur, Deo gratias Poſt Epiſtolam dicitur Graduale. quod ſemper dicitur præterquam tempore Paſchali cuius loco tunc dicuntur duo verſus, vt dicitur in Rubrica Sabbati in Albis.

Poſt Graduale, dicuntur duo Alleluia Deinde Verſ. & poſt Verſum. vnum Alleluia. Tempore Paſchali, quando non dicitur Graduale dicitur aliud Alleluia poſt ſecundum verſum, & quando dicitur Sequentia: non dicitur poſt vltimum verſum, ſed poſt Sequentiam

A Septuageſima vſque ad Sabbatum ſanctum, [n]on dicitur, Alleluia: neque dicitur in Miſsis de [F]eria in Aduentu, Quatuor Temporibus, & Vigi[li]s quæ ieiunantur, exceptis Vigilia Natiuitatis [D]omini, ſi venerit in Dominica, & Vigilia Paſchæ [&] Pentecoſtes, ac Quatuor Temporibus Pentecoſtes Nec dicitur in Feſto Innocentium, niſi venerit [in] Dominica.

A Septuageſima vſque ad Paſcha, eius loco [d]icitur, Tractus qui Tractus prædicto tempore in aliquibus Ferijs non dicitur, vt ſuis locis ponitur: neque in Ferijs à Septuageſima vſque ad Quadrageſimam, quando repetitur Miſſa Dominicæ.

Dicto Graduali ſeu, Alleluia ſeu, Tractus: dicitur Euangelium. Et in principio Euangelij dicitur, Dominus vobiſcum. Reſp. Et cũ ſpiritu tuo Deinde, Sequentia ſancti Euangelij ſecundum N. Reſp. Gloria tibi Domine in fine Euangelij à Miniſtris dicitur, Laus tibi Chriſte Poſtea, ſi dicendum eſt, dicitur Credo.

## De Symbolo.

SYMBOLVM dicitur poſt Euangelium in omnibus Dominicis per annum, etiam ſi in illis fiat de Feſto in quo aliàs non diceretur. In tribus Miſsis de Natiuitate Domini, & deinceps vſque ad Octauam beati Ioannis Apoſtoli incluſiue.

IN Epiphania, & per Octauam. Feria quinta in Cœna Domini. In Paſchate Reſurrectionis, & per Octauam. In Aſcenſione Domini, & per Octauam. In Pentecoſte, & per Octauam. In Feſto Corporis Chriſti, & per Octauam. In omnibus Feſtis beatæ Mariæ, & per Octauas. In omnibus Feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, & per Octauas. In Feſtis Quatuor Doctorum, videlicet, Gregorij, Ambroſij, Auguſtini, & Hieronymi, addito Feſto ſancti Thomæ de Aquino. Item in Feſtis Doctorum Baſilij, Athanaſij, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chryſoſtomi. In vtraque Cathedra ſancti Petri: & in Feſto ſancti Petri ad Vincula. In Feſtis Conuerſationis, & commemorationis ſancti Pauli Apoſtoli. In Feſto ſancti Ioannis antè portam Latinam. In Feſtis Inuentionis & Exaltationis ſanctæ Crucis. In Feſtis Angelorum. In Feſto ſancti Barnabæ Apoſtoli. In Feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ. In Transfiguratione Domini. In die Octauarum ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ſancti Laurentij. In Feſto omnium Sanctorum, & per Octauam. In Dedicationibus S. Saluatoris, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. In Anniuerſario Dedicationis propriæ Eccleſiæ, & per Octauam. In die Conſecrationis Eccleſiæ, vel Altaris. In Feſtis Sanctorum quibus dedicata eſt Eccleſia, & vbi habetur corpus vel inſignis reliquia ſancti de quo agitur. In die Creationis, & Coronationis ſummi Pontificis, & in Anniuerſario eiuſdem diei. Item, in omnibus Feſtis quæ in Dominicis, & per Octauas celebrantur: in quibus ratione Dominicæ & Octauæ dici debet. Item in Feſto patroni alicuius loci vel tituli Eccleſiæ: & in Feſtis principalibus ordinum: & per eorum Octauas, in Eccleſijs tantum illius ordinis.

Item dicitur Credo, in Miſsis Votiuis, quæ ſolenniter pro re graui, vel pro publica Eccleſiæ cauſa celebrantur.

## De Offertorio, Secretis, Præfationibus & Canone.

Poſt

POST ſymbolum, vel ſi non ſit dicendum, poſt Euangelium, dicitur Dominus vobiſcum, deinde Offertorium: poſtea fit oblatio cum Orationibus vt in Ordinario. Qua oblatione facta dicuntur Orationes ſecretæ, ſecundum numerum Orationum quæ palam dicta ſunt: ſed ante primá Orationem non dicitur Dominus vobiſcum, nec aliquid aliud: ſed dicto, Suſcipiat Dominus ſacrificium, abſolutè dicuntur: neque etiam ante ſecundam Orationem dicitur, Oremus: Terminatur autem prima & vltima Oratio, vt dictum eſt ſuprà in Rubrica de Orationibus: & ſecreto dicũtur vſque ad illa verba in concluſione. Per omnia ſęcula ſęculorum, quæ clara voce proferuntur, & incipitur Præfatio. Præfationes autem dicuntur, vt in Ordinario adnotatum eſt: & quæ in Quadrageſima, Tempore Paſchali, & infra Octauas propriæ aſsignãtur, dicuntur etiam in Dominicis, & Feſtis quæ illis temporibus celebrantur: niſi illa Feſta propriam Præfationem habeant.

IN Miſsis Votiuis dicitur etiam Præfatio propria, ſi propriam habeant. Et quando aliqua Miſſa votiua pro publiqua Eccleſiæ cauſæ ſolenniter celebratur, dicitur in cantu ſolenni, vt in Duplicibus. Poſt Præfationem incipitur Canon Miſſæ ſecretò, in quo ſeruentur omnia, vt in Ordinario. Vbi vero Communicantes. Infra actionem, vel alia variari contingit, ſuo loco in proprijs Miſsis adnotatur.

### De Communione, & ijs quæ poſt Communionem, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus Domino: de Benedictione, & Euangelio ſancti Ioannis.

EXACTO Canone, & alijs omnibus vſque ad Communionem, ea peracta dicitur Communio & Orationes poſt communionem, eodem modo, & ordine vt in principio Miſſæ: & repetito, Dominus vobiſcum, dicitur, Ite miſſa eſt vel Benedicamus Domino pro temporis ratione.

Ite miſſa eſt, dicitur quàdocunque dicitur, Gloria in excelſis Cum non dicitur, eius loco dicitur, Benedicamus Dño. Reſp. Deo gratias.

IN Miſsis Defunctorum, dicitur, Requieſcat in pace. Reſp. Amen. Dicto Placeat, datur Benedictio, quæ à celebrante ſemper datur in Miſſa, præterquam in Miſsis Defunctorum. Deinde dicitur Euangelium ſancti Ioannis, In principio: pręmiſſo Dominus vobiſcum & Sequentia. vt moris eſt: quod Euangelium nunquam prætermittitur in miſſa, niſi quando fit de Feſto in aliqua Dominica, vel Feria, quæ habet Euangelium propriũ tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia Miſſa de die Natiuitatis Domini dicitur Euangelium de Epiphania. Cum natus eſſet Ieſus.

### De ordinanda Miſſa ex ſupra dictis Rubricis.

SVPRADICTIS Rubricis cognitis ſi quis velit ordinare Miſſam diei recurrat ad Ordinarium Miſſarum de Tempore, vel de Sanctis, ſecundum qualitatem Officij. Si proprium non habeat, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agendum ſit, & propria miſſa non fuerit de Feria, dicatur miſſa præcedentis Dominicæ, omiſsis Gloria in excelſis, & Symbolo: præterquam Tẽpore Paſchali, in quo ſemper dicitur, Gloria in excelſis. vt ſuprâ, excepta Miſſa Rogationum, & in Aduẽtu prętermittitur Alleluia poſt Graduale cum ſuo Verſ. Si dicenda ſit Miſſa Votiua, requiratur poſt Commune Sanctorum ſuo loco Si plures Orationes dicendæ ſint, requirartur poſt Miſsis Votiuis, ſuo loco de ſingulis rebus ſingulæ

Si pro Defunctis dicenda ſit Miſſa, habetur poſt Miſſas Votiuas cum Collectis diuerſis, circa finem Miſſalis. Ordinarium totius Miſſæ, cum Præfationibus, Canone, & alijs dicendis, habetur ſuo loco, cum Proprio Miſſarum de tempore.

(*)

FINIS.

## RITVS SERVANDVS IN CELEBRATIONE MISSÆ.

### De Præparatione Sacerdotis celebraturi.

SACERDOS Celebraturus, ſeruatis ijs quæ ſuperius dicta ſunt, quo ad præuiam Confeſsionem, Horas Canonicas, Matutino ſaltem abſoluto, orationi aliquantulum vacet, & orationes inferius poſitas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacriſtia vel alibi præparatum, vbi paramenta, aliaque ad Celebrationem neceſſaria habentur: accipit Miſſale, perquirit Miſſam, perlegit, & ſignacula ordinat ad ea quæ dicturus eſt. Poſtea lauat manus, dicens orationem inferius poſitam. Deinde præparat Callicem, ponens ſuper eius os *Purificatorium*, & ſuper illud Patenam cũ Hoſtia, quam tegit paruà Palla, & Velo ſerico: ſuper Velo ponit Burſá coloris paramentorũ intus habẽs Corporale plicatum.

QVIBVS ita diſpoſitis accedit ad paramenta vbi calciatus pedibus, & indutus veſtibus ſibi conuenientibus, quarum exterior ſaltem talum pedis attingat: induit ſe, ſi ſit Prælatus ſæcularis, ſupra rochettum: ſi ſit Prælatus regularis, vel alius

Sacerdos ſæcularis ſuper pelliceum, ſi commodè haberi poſsit, alioquin ſine eo ſupra veſtes communes, dicens ad ſingula ſingulas orationes, inferius poſitas.

AC primum accipiens Amictum circa extermitates & cordulas, oſculatur medio & ponit ſuper caput, & mox declinat ad collum, & eo circum circa veſtium collaria tegens, ducit cordulã ſub brachijs, & circunducens per dorſum ad ventrem reducit, & ligat.

TVM Alba induitur caput, ſubmittens deinde manicam dextram brachio dextro, & ſiniſtrum ſiniſtro imponens: Albam ipſam corpori adaptat, eleuat ante, & à lateribus hinc inde, & Cingulo per miniſtrum à tergo ſibi porrecto, ſe cingit. Miniſter eleuat Albam ſupra ſingulum circum circa, vt honeſtè dependat, & tegat veſtes: ac eius fimbrias diligenter aptat vt ad latitudinem digiti vel circa ſupra terram æqualiter fluat.

Sacerdos accipit Manipulum, oſculatur Crucẽ in medio, & imponit brachio ſiniſtro.

DEINDE ambabus manibus accipiens Stolã, ſimili modo deoſculatur, & imponit medium eius collo, ac tranſuerſando eam ante pectus in modũ crucis, ducit partem à ſiniſtro humero pendentem ad dextram, & partem à dextro humero pendentẽ ad ſiniſtram. Sicque vtranque partem ſtolæ extremitatibus cinguli hinc inde ipſi cingulo coniũgit.

¶ Si celebrans ſit Epiſcopus, non ducit Stolam ante pectus in modum crucis, ſed ſinit hinc inde vtraſque extremitates pendere: & accipit crucicu lam à collo ante pectus cordulis pendentem, ℟ Poſtremo Sacerdos accipit Planetam. Si ſit Epiſcopus, & ſolenniter celebrat, accipit paramenta, & alia vt in Pontificali.

## De ingreſſu Sacerdotis ad Altare.

SACERDOS omnibus paramentis indutus, accipit in manu ſiniſtra Calicem vt ſuprà præparatum, & Burſam manu dextra ſuper Calice tenens, capite cooperto accedit ad Altare, Miniſtro cum Miſſali, & alijs ad celebrandum neceſſarijs præcedente. Procedit autem oculis demiſsis, inceſſu graui, erecto corpore. Si verò contigeret eũ tranſire ante Altare maius capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: ſi ante locum Sacramenti genuflectat. Si ante Altare vbi celebretur Miſſa in qua eleuatur Sacramentũ, ſimiliter genuflectat, & detecto capite illud adoret.

CVM peruenirit ad Altare, ſtans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretum miniſtro porrigens: & Altari ſeu Imagini crucifixi deſuper poſitæ, profundè inclinat. Si autem in eo ſit Tabernaculum ſanctiſsimi Sacramenti, genuflectens debitam facit reuerentiam. Tunc aſcendit ad medium Altaris, ibi ad cornu Euangelij ſiſtit Calicem: extrahit Corporale de Burſa quod extendit in medio altaris & ſuper illud calicem velo coopertum collocat. Si in Altari paramenta accipit, hoc idem facit antequam deſcendat ab Altari Miſſam inchoaturus.

Si eſt conſecraturus plures Hoſtias pro Communione facienda, quæ ob quantitatem ſuper Patena manere, non poſsint: locet eas ſuper Corporale ante calicem, aut in aliquo calice vel vaſe mundo conſecrato eas ponit retro poſt calicem, & alia Patena cooperit.

Collocato calice in Altari, accedit ad cornu Epiſtolæ, Miſſale ſuper cuſsino aperit, reperit Miſſam, & ſignacula ſuis locis accommodat. Dein de rediens ad medium Altaris, facta primum cruci reuerentia, deſcendit ad gradum infimum Altaris pro Miſſa inchoanda.

¶ IN Miſſa Solenni Calix, Miſſale & alia neceſſaria præparantur, antequam Sacerdos veniat ad Altare, Ipſe autem procedit cum miniſtris: & cũ peruenerit ad infimum gradum Altaris, ibi medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à ſiniſtris antequam aſcendat ℟ ad Altare, facit cum ipſis (vt infra) Confeſsionem.

¶ IN Miſſa Pontificali omnia ſeruentur, vt in Pontificali & Cæremoniale Romano ordinatur: cuius Pontificalis ordinem Epiſcopus, nunquam prætermittat, quandocunque cũ Diacono & Subdiacono paratis celebrat. ℟

## De principio Miſſæ, & Confeſsione facienda.

SACERDOS quam primum deſcenderit ad infimum gradum Altaris, conuertit ſe ad ipſum Altare, vbi ſtans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel Altari reuerentia, erectus incipit Miſſam.

¶ SI autem celebraturus ſit coram ſummo Pontifice, ſiſtit ſe in infimo gradu Altaris à cornu Euangelij ante ipſum pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit, ſe, & ſtans verſus Altare incipit Miſſam.

SI autem ſit coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo in eorum reſidentijs, vel loco iuriſdictionis, ſtans in infimo gradu à cornu Euangelij, vt ſupra expectat: dato ſigno facit profundam reuerentiam Prælato & verſus ad Altare incipit Miſſam.

SI autem ſolenniter celebrat coram ſummo Pontifice, aut alio ex Prælatis prædictis in Eccleſijs ſuæ iuriſdictionis, ſtans a ſiniſtris Prælati, facit cum eo Confeſsionem, & alia ſeruat vt in Cæremoniale Romano, & in Pontificali ordinatur. ℟ Stans igitur celebrans in infimo gradu Altaris vt ſuprà, producens manu dextra a fronte ad pectus ſignum Crucis dicit intelligibili voce. In nomine patris & filij & Spiritus ſancti Amen poſtquã id dixerit, non debet aduertere quemcunque in alio Altari celebrantem, etiam ſi Sacramentum eleuet, ſed continuatè proſequi Miſſam ſuã vſque

ad

ad finem. Cum ſe ipſum ſignat, ſiniſtram ponit infra pectus: in alijs benedictionibus cum eſt ad Altare, & ſe ipſum non benedicit, ſed oblata vel aliquid aliud, ponit eam ſuper Altari. Seipſum benedicens, vertit ad ſe palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis iunctis & extenſis, à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum, ſignum crucis format: Si verò alijs, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis & extenſis: quod in omni benedictione obſeruatur,

POST QVAM dixerit, In nomine patris, &c. vt ſuprà: iungit manus ante pectus, pronuncians clara voce Antiphonam.

Introibo ad Altare Dei. Miniſter retro poſt eũ ad ſiniſtram genuflexus, & in Miſſa ſolenni miniſtri hinc inde ſtantes, proſequuntur: Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam, Deinde Sacérdos eodem modo ſtans incipit, & proſequitur cum miniſtro vel miniſtris alternatim Pſalmum.

Iudica me Deus, vſque ad finem, cum Gloria patri Quo finito, repetit Antiphonam, Introibo, cum miniſtris vt ſuprà. Qui Pſalmus nunquam prætermittitur, niſi in Miſsis Defunctorum, & in Miſsis de tempore à Dominica paſsionis incluſiue vſque ad Sabbatum ſanctum excluſiuè: in quibus ſemel tantum dicta Antiphona Introibo, cum miniſtris vt ſupra, Sacerdos ſtatim ſubiungit. Verſ. Adiutorium noſtrum, &c. vt infra. Cum in fine Pſalmi dicit Gloria patri, &c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona Introibo, dextra manu producens ſignum crucis à fronte ad pectus dicit Verſ. Adiutoriũ noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cœlum & terram. Deinde caput, ſeque profundè Altari inclinans, dicit Confiteor Deo, vt in Ordinario, Et proſequitur eodem modo ſtans inclinatus, donec miniſtro vel miniſtris dictum ſit, Miſereatur. Cum incipitur à miniſtris Confiteor, ſe erigit. Cùm dicit, Mea culpa, ter pectus dextra manu percutit.

¶ SI eſt coram Pontifice, & Cardinali in loco ſui Tituli ſeu Cardinalatus, & coram Legato ſedis Apoſtolicæ, Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo in eorum Prouincia, & Ciuitate, vel Diæceſi conſtitutis, vbi dicit Vobis fratres dicat Tibi pater: ſimiliter in fine, vbi dicit Vos fratres, dicat, Te pater: quod dicens ſummo Pontifici genuflectit, alijs Prælatis profundè inclinat. Cum miniſtri, & qui interſunt (etiam ſi ibi fuerit ſummus Pontifex) reſpondent Confiteor: dicunt Tibi pater & Te pater.

FACTA à circunſtantibus Confeſsione, Celebrans reſpondet: Miſereatur veſtri &c. Deinde producens manu dextra à fronte ad pectus ſignum Crucis, dicit: Indulgentiam, &c. Et ſtans capite inclinato proſequitur: Deus tu conuerſus, & quæ ſequuntur in Ordinario, clara voce vſque ad Oratione Aufer à nobis, &c. quã dicit ſecretó,

¶ ET tunc ſi coram ſummò Pontifice aut alijs Prælatis vt ſupra, celebret: facta ſummo Pontifici genuflexione, alijs Prælatis profunda reuerentia accedit ad infimum gradum ante medium Altaris, & ibi dicit: Aufer à nobis &c. vt ſupra.

## De Introitu, Kyrieleiſon, & Gloria in excelſis.

DICTO, Aufer à nobis &c. Celebrans iunctis manibus accedit ad medium Altaris vbi ſtans capite inclinato, & iunctis manibus ſuper Altare poſitis, ita vt digiti parui duntaxat frontem ſeu medium anterioris partis tabulæ ſeu menſæ Altaris tangant, reſiduo manuum inter Altare & ſe retento, pollice dextro ſuper ſiniſtrum in modum crucis poſito (quod ſemper obſeruatur cum manus iunctæ ſuper Altare ponuntur) ſecretó dicit, Oremus te Domine, &c. Quo dicto oſculatur Altare in medio, manibus extenſis hinc inde ſuper altare poſitis: (quod in omni de oſculatione Altaris ſeruatur) ſed poſt conſecrationem pollices ab indicibus non deſiunguntur Oſculato Altari accedit ad cornu ſiniſtrum Altaris, id eſt, Epiſtolæ: vbi ſtans verſus Altaris, & procedens à fronte ad pectus ſignum crucis, incipit intelligibili voce, Introitum miſſæ: & proſequitur iunctis manibus. Cum repetit Introitum non ſignat ſe vt prius: & eo repetito iunctis manibus ante pectus accedit ad medium Altaris, vbi ſtans verſus illud ſimiliter manibus iunctis, dicit ſimili voce ter. Kyrie eleiſon ter Chriſte eleiſon: & iterum ter, Kyrie eleiſon: alternatim cum miniſtris. Si miniſter, vel qui interſunt celebranti non reſpondeant: ipſe ſolus nouies dicit. Dicto vltimo Kyrie eleiſon: Sacerdos ibidem vt prius ſtans & manus extendens, eleuansque & iungens, voce prędicta incipit, ſi dicendum ſit, Gloria in excelſis. Cum dicit, Deo, caput cruci inclinat: quo erecto ſtans iunctis manibus, vt prius, proſequitur vſque ad finem. Cum dicit: Adoramus te: Gratias agimus tibi, Ieſu Chriſte: Suſcipe deprecationem noſtram: & iterum Ieſu Chriſte caput Cruci inclinat. Cum dicit in fine: Cum Sancto Spiritu: ſe ipſum a fronte ad pectus ſignat: interim perficiens In Gloria Dei patris, Amen.

¶ IN Miſſa ſolenni Sacerdos facta confeſsione aſcendit cum miniſtris ad Altare: quo per eum oſculato, ponit incenſum in thuribulo, miniſtrante Diacono nauiculam, & thuriferario thuribulum, Antequam ponat incenſum, illum benedicit, dicens: Ab illo benedicaris, &c. Poſtea Diaconus reddita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, & dat celebranti, oſculata prius eius manu: qui facta Cruci reuerentia, eam ter incenſat, deinde reliquias ſi adſint, primũ quæ à dextris ſũt, deinde quę a ſiniſtris, cuiq; bis ducẽs thuribulũ poſtea imagines, vel carũ loco, cãdelabra ſemel ſingulis thuribulũ ducẽs primũ à cornu epiſtolę & ...

poſtremã partem inferiorẽ altaris, deinde ſuperiorem ſcilicet tabulam altaris, & procedens ante crucem, facta ei reuerentia incẽſat alias imagines ſeu candelabra in cornu Euangelij, & illius poſtremã partem altaris inferiorem & ſuperiorem tabulæ; deinde totam anteriorẽ vſq; ad extremum altaris in cornu Epiſtolæ, facta cruci reuerẽtia cũ ante eã tranſit: & reddito thuribulo ipſi Diacono á dextris celebrantis: Subdiacono á dextris Diaconi ſtantibus proſequitur Introitum, & Kyrie eleiſon. Cũ vero intonat hymnum, Gloria in excelſis, Diaconus & Subdiaconus, vnus poſt alium, ſtans á tergo celebrantis poſtea aſcendunt ad altare, & hinc inde cum celebrante hymnum ſubmiſsa voce proſequuntur vſque ad finem.

## De Oratione.

DICTO Hymno Gloria in excelſis, vel ſi nõ ſit dicendus, eo omiſſo: celebrans oſculatur Altare in medio, manibus hinc inde ſuper illo vt ſupra extenſis; tũ iũctis ante pectus manibus, dimiſsis ad terram oculis, vertit ſe ad manum ſiniſtram, hoc eſt, ad latus dextrum verſus populũ: & extendens ac iungens manus ante pectus vt prius, dicit voce prædicta, Dominus vobiſcum, Reſ. Et cũ ſpiritu tuo iunctis vt prius manibus reuertitur per eandem viam ad librum: vbi extendens & iungẽs ante pectus manus, caputq; cruci inclinans, dicit Oremus: tũ extendit manus ante pectus ita vt palma vnius manus reſpiciat alteram, & digitis ſimul iunctis, quorum ſummitas humerorũ altitudinẽ diſtant iamq; non excedat: quod in omni extenſione manuũ ante pectus ſeruatur. Stans autem vt ſuprà extenſis manibus, dicit Orationem Cum dicit. Per Dominum noſtrum. iungit manus. Si aliter concluditur Oratio Qui tecum vel Qui viuis cum dicit, in vnitate, iungit manus. Cum nominatur nomen Ieſus caput verſus crucem inclinat. Cum in Oratione nominatur nomen beatæ Mariæ, vt Sanctorum, de quibus dicitur Miſſa, vel fit commemoratio, item in Oratione pro Papa quando nominatur, caput inclinat. Si plures Orationes ſunt dicendæ, idẽ in eis in voce, extenſione manuum, & capitis inclinatione, quod ſupra dictum eſt, obſeruatur.

Si altare ſit ad orientem verſus populum, celebrans verſa facie ad populum, non vertit humeros ad Altare, cum dicturus eſt Dominus vobiſcũ Orate fratres: Ite miſſa eſt, vel daturus Benedictione: ſed oſculato Altari in medio, ibi expanſis & iunctis manibus vt ſupra ſalutat populum.

In quatuor Temporibus, vel alias quando dicendæ ſunt plures Orationes cũ prophetijs, dicto Kyrie eleiſon in medio Altaris, reuertiur ad cornu Epiſtolæ: vbi ſtans ante librum extenſis & iunctis ante pectus manibus, & caput cruci inclinans dicit Oremus. Flectamus genua: & illico manibus ſuper Altare extenſis, vt ſe ipſum ad Altare ſuſtineat, genu flectit ſtatim ſine mora ſurgens, eadem voce dicitur á miniſtro Leuate: & manibus extenſis dicit Orationem vt ſuprà, & in concluſione iungit. Dũ autem legit Prophetiam manus tenet ſuper librum vel Altare poſitas.

IN Miſſa ſolenni cum dicitur Dominus vobiſcum, & Oratio, Diaconus & Subdiaconus ſtant retro poſt celebrantem. Flectamus genua dicitur á Diacono: á Subdiacono verò: Leuate illo primum genuflectente hoc primum ſurgente.

## De Epiſtola, Graduali, & alijs vſque ad Offertorium.

DICTIS Orationibus, celebrans poſitis ſuper librum vel ſuper Altare manibus, ita vt palmæ librum tangant, vel (vt placuerit) librum: tenens legit Epiſtolam intelligibili voce.

¶ SI ſollenniter celebret, legat demiſſa voce cum Miniſtris: ſimiliter Graduale, & Euangelium lecta Epiſtola, reſpõdetur á Miniſtris. Deo gratias: & ſimiliter ſtans vt prius, proſequitur Graduale, Alleluia & Tractus ac Sequentiam. Si dicenda ſint. Quibus dictis celebrans ſi priuatim celebret, ipſe met ſeu miniſter portat librum Miſſalis ad alteram partem Altaris, in cornu Euangelij: & dum tranſit, ante medium altaris caput cruci inclinet: & Miſſale ſic locat, vt poſterior pars libri reſpiciat ipſum cornu Altaris & non ad parietem ſiue ad partem eius contra ſe directam. Locato Miſſali in Altari, celebrans redit ad medium Altaris, & ibi ſtãs profundè inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatiſque ad Deum oculis, ſecretè dicit Munda cor meum & Dominus ſit in corde meo & Iube, Domine vt, in Ordinario.

QVIBVS dictis vadit ad librum Miſſalis, vbi ſtans verſus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce Dominus vobiſcum Reſ. Et cum ſpiritu tuo. Deinde pollice dextræ manus ſigno crucis ſignat, primo librũ ſuper principio Euãgelij, quod eſt dicturus: poſtea ſeipſũ in frõte, ore, & pectore, dicens, Sequentia, vel Initium ſancti Euangelij, &c. Reſp. Gloria tibi Domine. Tum iunctis iterum vt primus manibus, ſtãs vt ſuprà proſequitur Euangelium vſque ad finem. Quo finito, Miniſtri reſpondent, Laus tibi Chriſte: & celebrãs eleuans parum per librũ, oſculatur: & niſi celebret corã ſummo pontifice, aut Cardinali vel coram Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo in eorũ reſidentijs: quo caſu defertur cuilibet prædictorum oſculãdus liber, & ipſe celebrãs tunc nõ oſculatur.

DICTO Euangelio ſtans in medio Altaris verſus crucem eleuãs & iungẽs manus, caputq; cruci inclinans, incipit (ſi dicendum) Credo, cũ dicit, in vnum Deum, caput cruci inclinat: quo erecto ſtans ibidem iunctis ante pectus manibus vt prius proſequitur vſque ad finẽ. Cũm dicit Ieſum Chriſtum, caput cruci inclinat. Cũm dicit, Et incarnatus eſt vſque ad, Homo factus eſt inclusiuẽ genuflectit. Cũ dicit Et vitã venturi ſæculi Amen, producit ibi manum dextra ſignũ crucis à frõte ad pect⁹.

¶ IN

¶ IN Miſſa ſolenni Subdiaconus circa finem vltimæ Orationis, accipit ambabus manibus librum Epiſtolarũ deferens illũ ſuprà pectus: & facta Altari genuflexione in medio, vadit a parte Epiſtolæ contra Altare & legit Epiſtolam, qua lecta redit ad celebrantem, oſculatur eius manũ, & ab eo benedicitur, præterquam in Miſsis Defunctorũ.

DEINDE idem Subdiaconus accipit Miſſale celebrantis, defert ad cornu Euangelij in Altare, ibi miniſtrans celebranti: qui lecto Euangelio, & per Diaconũ de lato libro Euangeliorũ ad Altare, imponit incenſum in thuribulum. Deinde Diaconus dicit, Munda cor meum, genuflexus ante Altare, accepto libro Euangeliorum de Altari & benedictione à celebrante, oſculataq; illius manu, vadit cum Subdiacono a ſiniſtris ad locum Euãgelij contra Altare verſus populũ, vbi Subdiacono librum tenente, medio inter duos Acoluthos tenentes candelebra accenſa, dicit Dominus vobiſcũ, iũctis manibus. Cum dicit, Sequentia &c. ſignat librum in fronte, os, & pectus: Poſtea ter librũ incenſat, hoc eſt, in medio, à dextris, & à ſiniſtris: & proſequitur Euangeliũ iunctis manibus. Interim celebrans ſtat iunctis manibus à cornu Epiſtolæ verſ9 Euangelium. Quo finito, oſculatur Sacerdos librũ à Subdiacono ſibi delatum: & à Diacono ter incenſatur. Si ſit corã Prælato in ſua reſidentia, liber deferatur ad prælatũ, vt ſupra, & ille incenſatur vt in Pontificali. Poſtea ſtans in medio Altaris verſus crucẽ, incipit (ſi dicendũ ſit) Symbolũ, ſtantibus poſt eum Diacono, & Subdiacono, deinde ad altare accendentibus, & cum eo proſequentibus, vt dictum eſt ad Gloria in excelſis.

SI quandoque celebrans cantat Miſſam ſine Diacono & Subdiacono Epiſtolam cantat aliquis Lector ſuperpellicio indutus, qui in fine non oſculatur manum celebrãtis. Euangelium autẽ cantat ipſe celebrans ad cornu Euangelij: qui & in fine Miſſæ cantat Ite miſſa eſt vel Benedicamus Domino, pro temporis diuerſitate.

## De Offertorio, & alijs vſque ad Canonem.

DICTO Symbolo, vel, ſi non ſit dicendum, dicto Euangelio, celebrans oſculatur Altare in medio, & iunctis manibus ante pectus, ibidem à manu ſiniſtra ad dextram, vertit ſe ad populum, & extendes ac iungens manus dicit, Dominus vobiſcum, & iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium Altaris, vbi extendens & iungẽs manus, caputq; cruci inclinans, dicit, Oremus tũ iunctis, vt prius, manibus, dicit Offertoriũ: & omnia quæ vſq; ad finem Miſſæ in medio Altaris, dicenda ſunt, dicit ibidem ſtans verſus ad altare, niſi vbi aliter ordinatur.

DICTO Offertorio diſcooperit calicem, & ad cornu Epiſtolæ ſiſtit, & amota parua Palla deſuper Hoſtiam, accipit Patenam cũ Hoſtia, & ambabus manibus vſq; ad pectus eam eleuatam tenens oculis eleuatis ad Deũ dicit, Suſcipe ſancte Pater &c. Si fuerint aliæ Hoſtiæ nõ ſuper Pater á, ſed ſuper Corporale, vel in alio vaſe pro Cõmunione populi conſecrandæ, calicem illum ſeu vas dextra diſcooperit, & intentionẽ ſuam etiam ad illas Offerendas & conſecrandas dirigens, dicit vt ſuprà, Suſcipe, &c. vt in Ordinario. Quo dicto, faciẽs ſignum crucis cũ dicta Patena, ponit Hoſtiam ſuper Corporale circa mediũ anterioris partis corporalis ante ſe, & Patenam ad manum dextram aliquantulum ſubtus corporale. Si autem ac ſit vas ſeu calix cum alijs Hoſtis, cooperit Patena ipſa

Deinde accipit calicem, purificatorio extergit: & accipiens ampullam vini de manu miniſtri ponit vinum in calicem: deinde producit ſignum crucis ſuper ampullã aquæ, & dicit, Deus qui humanæ ſubſtantiæ imponens paruum aquæ calice proſequitur, Da nobis per huius aquæ & vini myſterium.

SI veró celebrat pro Defunctis, non facit ſignum crucis ſuper aquam, ſed imponit abſque benedictione, dicens Orationem vt ſuprà, Impoſita aqua in calice. & finita Oratione prædicta, accipit calicem diſcoopertum & ſtans ante mediũ Altaris ipſum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum ſiniſtra pedem, cum dextra autem nodũ infra cuppam, intentis ad Deum oculis offert, dicẽs Offerimus tibi Domine, &c. qua Oratione dicta, facit ſignum crucis cum calice ſuper Corporale, & ipſum in medio poſt Hoſtiam collocat, & Palla cooperit, Deinde iunctis manibus ſuper Altare poſitis, capite inclinato dicit ſecretó: In ſpiritu humilitatis, &c. Poſtea eleuans oculos, manus que expandens & ſtatim iũgens ante pectus (quod ſemper facit quando aliquid eſt benedicturus) dicit, Veni ſanctificator &c. Cum dicit, & benedic, ſignat manu dextra cõmuniter ſuper Hoſtiam & calicem.

Tunc iunctis ante pectus manibus accedit ad cornu Epiſtolæ, vbi ſtans miniſtro aquam fundẽte lauat manus, id eſt, extremitates digitorũ pollicis & indicis, dicẽs Pſalmum, Lauabo inter innocentes cum Gloria patri, &c. qui verſus Gloria patri prætermittitur in Miſsis Defunctorum, & in Miſsis à Dominica de Paſsione vſque ad Sabbatũ ſanctum excluſiuè.

¶ IN Miſſa ſolenni dicto Oremus, Diaconus & Subdiaconus accedunt ad Altare â cornu Epiſtolæ Diaconus amouet calicem, detegit: dat Patenã cũ Hoſtia celebranti: Subdiaconus extergit calicem purificatorio, Diaconus imponit vinum: Subdiaconus interim ampullam aquæ oſtendens celebrãti dicit, Benedicite pater reuerende, qui facto verſus eam ſigno crucis dicit Orationem, Deus qui humanæ &c. interim Subdiaconus infundit pauſum aquæ in calicem. Diaconus illum celerãti dat: & pedem calicis tangens, ſeu brahcium dextrum celebrantis ſuſtentas, cum eo dicit, Offerimus tibi Domine, &c. Poſtea poſitum in Altare vt ſupra Palla cõoperit: Subdiacono deinde ponit in dex-

tr-

tra manu Patenam, quam cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis, qui vadit poſt celebrantem ante medium Altaris ibi ſtat in loco conueniente.

Dicto Veni ſanctificator, vt ſupra, Celebrans ponit incenſum in thuribulũ, miniſtrante Diacono nauiculam, dicens: Per interceſsionem, &c. vt in Ordinario, Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi incenſat Oblata, ter dicens thuribulum ſuper Calicem & Hoſtiam ſimul in modũ crucis, & crucem Calicem, & Hoſtiam, ſcilicet bis a dextra ad ſiniſtram, & ſemel a ſiniſtra ad dextrã, diſpenſans verba in qualibet incenſatione hoc modo, in Prima incenſatione, Incenſum iſtud, In ſecunda, a te benedictum. In tertia, aſcendat ad te Domine. In quarta, & deſcendat ſuper nos. In quinta, & ſexta, miſericordia tua. Deinde incenſat Altare vt ſupra dicens, Dirigatur Domine oratio mea, &c. vt in Ordinario. Et incenſatur ipſe, vt ſupra Poſtea Diaconus incenſat Chorum, & poſtremo Subdiaconum tenentem patenam: & ipſe Diaconus incenſatur à thuriferario, & thuriferarius poſtea incenſat populum.

Celebrans lotis manibus eas tergit, & illas ante pectus iunctis reuertitur ad medium Altaris, vbi ſtans, oculoſque ad Deum eleuans, & ſtatim demittens, manibus iunctis ſuper Altare, capiteque inclinato dicit ſecretè: Suſcipe ſancta Trinitas, &c. Quo dicto manibus hinc inde extenſis, & ſuper altare poſitis, oſculatur Altare in medio; tum iunctis manibus ante Pectus, demiſsiſq; oculis ad terram, à ſiniſtra manu ad dextram vertit ſe ad populum, & verſus eum extendens & iungens manus, dicit voce aliquantulum eleuata, Orate fratres. & ſecretè proſequẽs, vt meum ac veſtrum Sacrificiũ, &c. perficit circulũ, reuertens iunctis manibus ante pectus à manu dextra ad medium Altaris. Et reſponſo à miniſtris vel circunſtantibus, Suſcipiat Dominum Sacrificiũ de manibus tuis, &c. Alioquin per ſe ipſum dicens, Sacrificium de manibus meis ipſe celebrans manibus ante pectus extenſis, vt fit ad Orationem ſtans in medio Altaris verſus librum dicit abſolute ſine alia interpoſitione Orationem vel Orationes ſecretas: cum dicit Per Dominum iungit manus. Cũm dicit Iesum Chriſtum caput inclinat: quod facit in prima Oratione, & in vltima ſi plures ſint dicendæ.

Peruento autẽ in cõcluſione vltimæ Secretæ ad verba illa, Per omnia ſæcula ſæculorum excluſiue: celebrans ſtans in medio Altaris, depoſitis ſuper eo manibus hinc inde extenſis, dicit conuenienti & intelligibili voce Præfationem. Cum dicit, Surſum corda, eleuat manus hinc inde extenſas vſque ad pectus, Cum dicit, Gratias agamus Domino iungit manus: cum dicit, Deo noſtro, cruci caput inclinat. Reſponſo, Dignum & iuſtum eſt eleuatis & extenſis vt prius manibus, proſequitur Præfationem propriam, vel communem, vt tempus requirit,

Cum dicit Sanctus, iunctis ante pectus manibus & inclinatus voce mediocri proſequitur, Cum dicit, Benedictus qui venit in nomine Domini. ſignum crucis ſibi producit, à fronte ad pectus.

¶ IN Miſſa Solenni cum dicitur Præfatio Diaconus & Subdiaconus ſtant retro poſt Celebrantem & paulo antequam dicatur Sanctus, accedunt ad Altare: vbi cũ celebrante hinc inde dicunt Sanctus, & quæ ſequuntur, vſque ad Canonem Deinde Diaconus accedit ad ſiniſtram celebrantis, ei aſsiſtens dum dicitur Canon niſi alius Sacerdos aſsiſtat: Subdiaconus verô tunc ſtat poſt celebrantem.

## De Canone Miſſæ vſque ad Conſecrationem.

FINITA Præfatione vt ſuprà, Celebrans manib⁹ iunctis ſuper Altare poſitis, ſtans ante medium Altaris verſus ad illud, eleuatis oculis ad Deum, & ſine mora demiſsis profunde inclinatus incipit Canonem, ſecrete dicẽs Te igitur, &c. vt in Ordinario. Cũ dicit vti accepta habeas & benedicas, prius oſculatur ante ſe Altare: deinde erigit ſe, & ſtat iunctis manibus ante pectus. Cum dicit, Hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia, dextra manu ter ſignat cõmuniter ſuper Hoſtiã & calicẽ. Deinde extenſis manibus ante pectus proſequitur, In primis quæ tibi offerimus, &c. Vbi dicit vna cum famulo tuo Papa noſtro N. exprimet nomen Papæ, ſede autem vacante verba prædicta omittũtur, vbi dicitur & Antiſtite noſtro N. ſpecificatur nomen Patriarchæ, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi ordinarij in propria Diœceſi: qui ſi eſt vita functus, prædicta verba omittuntur. Si celebrans eſt Epiſcopus Archiepiſcop⁹ vel Patriarcha omiſsis prędictis verbis, eorum loco dicit. Et me indigno ſeruo tuo. Si verô Celebrans eſt Papa omiſsis verbis, vna cum famulo tuo Papa noſtro N. Antiſtite noſtro N dicit vna cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo præeſſe voluiſti. Et continuat omnes vt ſequitur: Et omnibus ortodoxis, &c.

Cum dicit Memento Domine, eleuans & iungens manus vſque ad faciem vel pectus, ſic iunctis manibus ſtat pauliſper in quiete, demiſſo aliquantulum capite, faciens commemorationem viuorũ Chriſti fidelium ad ſuam voluntatem, quorum nomina ſi vult ſecretè commemoret: nõ tamẽ neceſſe eſt ea exprimere, ſed mẽte tantũ eorũ memoriã habeat. Poteſt etiam celebrans, ſi pro pluribus orare intẽdit, ne circuſtantibus ſit moroſus, ante Miſſam in animo proponere ſibi omnes illos tã viuos quàm defunctos, pro quibus in ipſa miſſa orare intendit: & hoc loco generaliter vnico contextu ipſorum viuorum commemorationem agere, pro quibus ante Miſſam orare propoſuit in Miſſa.

Commemoratione viuorum facta, demiſsis & extenſis vt prius manibus, continuat. Et omnium circunſtantium. &c. Similiter ſtans proſequitur, Cõmunicantes, Cum dicit, Ieſu Chriſti, caput cruci inclinat: in cõcluſione quãdo dicit, Per eundem

iungit manus. Cum dicit, Hanc egitur Oblationē extēdit manus ſimul ſuper oblata ita vt palmę ſint apertæ verſus ac ſupra calicem & Hoſtiam, quas ſic tenet vſque ad illa verba, Per Chriſtum Dominum noſtrū. Iungens manus proſequitur, Quā Oblationem tu Deus in omnibus quæſumus & cū dicit, benedictam adſcriptā ratam: cōmuniter ſignat ter ſuper Hoſtiam & calicem ſimul. Deinde cùm dicit, vt nobis corpus, ſeparatim ſignat ſemel ſuper Hoſtiam tantum: & cū dicit, & ſanguis, ſemel ſuper calicem tantum; deinde eleuans & iungens manus ante pectus, proſequitur. fiat dilectiſſimi filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti: inclinans caput cruci, ſi opus fuerit, extergit pollices & indices ſuper corporale: & dicit ſecretè vt prius. Qui pridie quam pateretur, & accipiens pollice & indice dextræ manus Hoſtiam & eam cum illis, ac indice & pollice ſiniſtræ manus tenens, ſtás erectus ante medium Altaris, dicit, Accipit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, eleuáſq; ad cœlum oculos, & ſtatim demittés, dicit, & eleuatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem ſuum omnipotētem caputq; aliquantulum inclinás dicit, tibi gratias agens: & tenēs Hoſtiam inter pollicem & indicem ſiniſtræ manus, dextra producit ſignum Crucis ſuper eam dicens, benedixit, fregit deditq; diſcipulis ſuis dicens, Accipite & manducate ex hoc omnes. Si adſit vas cum alijs hoſtijs cōſecrandis, diſcooperit manu dextra calicem, ſeu vas aliarum Hoſtiarum & cubitis ſuper Altare poſitis, ſtans capite inclinato, diſtinctè, reuerenter, & ſecretè profert verba cōſecrationis ſuper Hoſtiam, & ſimul ſuper omnes, ſi plures ſint conſecrandæ: & Hoſtiam ſuam pollicibus & indicibus tantum tenés, attentè deuotè, & continuatè profert verba conſecrationis, HOC EST CORPVS MEVM.

Quibus prolatis celebrans tenés Hoſtiam inter pollices & indices prædictos ſuper altare, reliquis manuū digitis extenſis & ſimul iunctis ( & hoſtijs ſi plures ſint cōſecratæ, in loco in quo à principio Miſſæ ſunt poſitæ ſuper corporali vel alio vaſe vel calice dimiſsis ) genuflexus eam adorat. Tunc ſe erigens quantum commodè poteſt, eleuat in altum Hoſtiam, & intentis in eam oculis ( quod & in eleuatione calicis facit ) populo reuerenter oſtēdit adorandam: & mox ipſam reuerēter ſuper corporale reponit in eodem loco, vnde eam leuauit: & deinceps pollices & indices non disiungit, niſi quā do Hoſtiam conſecratam tangere vel tractare debet, vſque ad ablutionem digitorum poſtcommunionem. Repoſita Hoſtia conſecrata ſuper corporali, genuflexus vſque ad terram, ipſam veneratur ſi adſit vas aliarum Hoſtiarum patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat Hoſtiam accēſo prius intorcio, Miniſter manu ſiniſtra eleuat fimbrias poſteriores Planetæ, ne ipſum celebrantem impediat in eleuatione brachiorum; quod & facit in eleuatione calicis.

Celebrans adorato Sacramento, ſurgit, & diſcooperit calicem, in quē ſi opus ſit, extergit digitos, quod ſemper faciat, cum aliquod fragmentum digitis adhæreat: & ſtans erectus dicit, Simili modo poſtquam cœnatum eſt: & ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodūm infra cuppam, aliquantulumque eleuans, & ſtatim deponens, dicit, accipiēs & hunc præclarum calicem, &c. cū dicit benedixit ſiniſtra calicem infra cuppam tenēs, dextra ſignat ſuper eum, & proſequés, deditq; Diſcipulis ſuis, &c. ambabus manibus tenēs calicem, videlicet ſiniſtra pedem, dextra nodum infra cuppā cubitis ſuper Altare poſitis, & capite inclinato, profert ſecretè & deuotè vt ſupra verba conſecrationis ſāguinis HIC EST ENIM CALIX &c.

Quibus dictis reponit calicem ſuper corporale, genuflexus Sanguinem reuerēter adorat. Tūc ſe erigit, & accipiens calicem diſcoopertum cum Sanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eum, & erectum, quantum commodè poteſt oſtēdit populo adorādū, dicés; Hęc quotieſcunque feceritis, &c. mox ipſum reuerenter reponit ſuper corporale in locum priſtinum, & manu dextra Palla cooperit, ac genuflexs ſacramentum veneratur.

¶ IN Miſſa ſolenni cum celebrans dicit, Quam Oblationem, &c. Diaconus accedit ad dextram Celebrātis, & ibi in ſuperiori gradu Altaris genuflexus, cùm Sacramentum eleuatur, fimbrias, Planetæ eleuat, & quando opus eſt ſe erigés, calicem cooperit, & diſcooperit, & cum celebrante genuflectit. Repoſito calice Diaconus redit ad librum, niſi alius aſsiſtat.

## De Canone poſt Conſecrationem, vſque ad Orationem Dominicam.

REPOSITO calice, & adorato, Celebrans ſtās ante Altare, extēſis manibus ante pectus dicit ſecreto, Vnde & memores, &c. iungit manus āte pectus: & cum dicit, Hoſtiam puram, &c. manu dextra ſignat ter communiter ſuper Hoſtiam & Calicem, & ſemel ſuper Hoſtiam tantum & ſemel ſuper Calicem tantū dicés, Panem ſanctum vitæ æternæ: & Calicem ſalutis perpetuæ; deinde ſtās vt prius, extēſis manibus proſequitur, ſupra quæ propitio, &c. Cum dicit, Supplices te rogamus, &c. inclinat ſe ante medium Altaris, & manibus iūctis ſuper illo poſitis: cum dicit, ex hac Altaris participatione, oſculatur Altare: cum dicit, ſacroſanctum filij tui iungit manus, & manu dextra ſignat ſemel ſuper Hoſtiam tantum, & ſemel ſuper Calicē dicens, Corpus & Sanguinem ſumpſerimus. & cū dicit omni benedictione cæleſti, ſe ipſum ſignat à fronte ad pectus ſigno Crucis Cùm dicit Per eundem, iungit manus.

Cum dicit Memento Domine famularum famulorumq; tuorum qui nos præceſſerunt, &c. ſtatim extenſis & iunctis manibus ante pectus, vel oculis ad Sacramentum ſuper Altare, facit commemorationem fidelium Defunctorum: de quibus vi-

detur, eodem modo, vt dictum eſt de Commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta ſtans vt prius extenſis manibus proſequitur, Ipſis Domine, & omnibus in Chriſto, &c. & in fine ad, Per eundem caput inclinat, Cum dicit, Nobis quoque peccatoribus, vocem aliquantum eleuat, & dextra manu pectus ſibi percutit, & proſequitur, famulis tuis, &c. ſtans vt prius.

Cum dicit Per Chriſtum Dominum noſtrum: per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas, iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter ſignans communiter ſuper Hoſtiam & Calicem, dicit, Sanctificas, viuificas, benedicis, & præſtas nobis. Poſtea diſcooperit manu dextra Calicem, & genuflexus reuerentiam facit Sacramento: cum ſe erigit, & reuerenter accipit Hoſtiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum ea ſuper Calicem, quem manu ſiniſtra tenet circa nodum infra cuppam, ſignat ter a labio ad labium dicens, Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo. Et cum Hoſtia bis inter ſe & Calicem à labio calicis incipiens ſignat dicens, eſt tibi Deo Patri omnipotenti, in vnitate Spiritus ſancti. Deinde tenens manu dextra Hoſtiam ſuper Calicem, ſiniſtra calicem, eleuat eam aliquantulum ſimul cum calice, dicẽs: Omnis honor & gloria, & ſtatim vtrunque deponẽs, Hoſtiam collocat ſuper corporali: & digitos, ſi fragmẽtum aliquod illis adhæreat, extergit in calice (quod ſemper, ſi opus ſit faciat, cum Hoſtiam ſacram tetigit) ac pollices & indices vt prius iungens, calicem palla cooperit, & genuflexus vſque ad terram, Sacramentum veneratur.

¶ IN Miſſa ſolenni cum celebrãs dicit, Per quem hæc omnia, &c. Diaconus facta Sacramento genuflexione accedit ad dextram celebrantis, & quãdo opus eſt diſcooperit calicem, & cum celebrãte adorat: ſimiliter cooperit, & iterum genuflectit. Poſtea vadit retrò poſt celebrantem, vbi ſtat dũ dicitur oratio Dominica.

## De Oratione Dominica, alijs vſque ad factam Communionem.

CELEBRANS cooperto adoratoq; calice erigit ſe, & more ſolito manibus extenſis hinc inde ſuper altare poſitis, dicit intelligibili voce: per omnia ſæcula ſæculorum, &c. cum dicit, Oremus. iungit manus, caput Sacramento inclinãs. Cum incipit, Pater noſter: extendit manus, & ſtãs oculis ad Sacramentum intentis proſequitur vſq; ad finem. Reſponſo à Miniſtro, Sed libera nos à malo & a celebrãte. Amen manu dextra, pollice & indice nõ, diſiunctis, Patenam accipit inter indicem & medios digitos, quam tenens ſuper Altare erectam, dicit ſecretè, Libera nos quæſumus, &c.

¶ IN Miſſa ſolenni cum in oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita noſtra. Diaconus retro poſt celebrantem facta Altari genuflexione vadit ad dextram celebrantis, & Subdiaconus circa finem orationis Dominicæ, reuertitur ad altare, & offert Patenam Diacono qui eam diſcooperit, & dat celebranti, oſculans eius manum, diſcooperitque & cooperit calicem quando opus eſt, ſimul celebrante genuflectens.

Antequam celebrãs dicat, da propitius pacem, eleuat manu dextra Patenam de Altari, & ſe ipſum cum ea ſignat a fronte ad pectus: dicens, Da propitius pacem in diebus noſtris. Patenã ipſam oſculatur, & proſequẽs, vt ope miſericordiæ tuæ, &c, ſubmittit Patenã Hoſtiæ, quã indice ſiniſtro accõmodat ſuper patenã, diſcooperit calicẽ, & genuflexus in terra Sacramentũ adorat: tũ ſe erigẽs accipit Hoſtiã inter pollicẽ & indicẽ dextræ manus, & cũ illis, ac pollice & indice ſiniſtræ manus eam ſuper calicẽ tenẽs reuerenter frangit per medium dicens, Per eũdem Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ, & mediam partem, quam inter pollicem & indicẽ dextræ manus tenet, ponit ſuper Patenam: de alia media quam ſiniſtra manu tenet, frangit cum pollice & indice dextræ manus particulam, proſequẽs, Qui tecum viuit & regnat. &c. quam inter ipſos dextræ manus pollicem & indicem retinens, partem maiorem quam ſiniſtra tenet, adiungit mediæ ſuper Patenam poſitæ, interim dicens, in vnitate Spiritus ſancti Deus, Et particulam Hoſtiæ quam in dextra manu retinuit, tenens ſuper calicem, quem ſiniſtra per modum infra cuppam retinet, intelligibi voce dicit, Per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp Amen. ipſa particula ſignans ter à labio ad labium calicis dicit, Pax Domini ſit ſẽper vobiſcum, Reſponſo, per Miniſtros & cum ſpiritu tuo. Particulam quam dextra manu tenet, ponit in Sanguinem, dicens ſecretè, Hæc commixtio & conſecratio corporis, &c. Deinde pollices & indices ſuper calicem aliquantulum tergit, & iũgit, calicem Palla cooperit, & genuflexus Sacramẽtum adorat: ſurgit, & ſtans iunctis manibus ante pectus capite inclinato verſus Sacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus Dei qui tollis peccata mũdi, & dextra percutiens ſibi pectus dicit, miſerere nobis, quod & tertiò facit, cum dicit, dona nobis pacem. Tunc manibus iunctis ſuper Altare poſitis capite inclinato, oculiſq; ad Sacramentum intentis dicit ſecretò: Domine Ieſu Chriſte, &c. Qua oratione finita, ſi eſt daturus pacem, oſculatur Altare in medio, & ei ſtatim inſtrumentũ pacis porrigatur à Miniſtro iuxta ipſum ad dextram, hoc eſt, in cornu Epiſtolæ, genuflexo, & dicit, Pax tecum. Si non adſit qui pacem recipiat à celebrante, pax non datur, etiam ſi illius datio Miſſæ conueniat nec oſculatur Altare, ſed dicta præmiſſa Oratione, ſtatim ſubiungit alias Orationes vt in Ordinario,

Si verò celebret pro Defunctis, non percutit pectus ad Agnus Dei, quia dicit, Dona eis requiẽ nec dicit primam orationem, Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c. non dat pacem ſed dicit alias duas ſequentes Orationes, Domine Ieſu

Ieſu Chriſte filij Dei viui, & perceptio corporis tui.

Quibus Orationibus dictis, genuflectens Sacramentum adorat, & erigens dicit ſecretè, Panem cœleſtem accipiam. Quo dicto, dextra manu accipit de patena reuerenter ambas partes Hoſtiæ, & collocat inter pollicem & indicem ſiniſtræ manus, quibus Patenam inter eundem indicem & medium digitos ſupponit, & eadem manu ſiniſtra tenens partes huiuſmodi ſuper Patenam, dextra tribus vicibus percutit pectus ſuum, interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata, Domine non ſum dignus & ſecretè proſequitur, vt intres, &c. Quibus tertio dictis ex ſiniſtra accipit ambas partes prædictas Hoſtiæ inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum illa ſupra Patenã ſignat ſe ipſum ſigno crucis, dicẽs, Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam æternã Amen. Deinde reuerenter eaſdem ambas partes ſumit, quibus ſumptis deponit patenam ſuper corporale, & erigens ſe iunctis indicibus & pollicibus, ambas quoq; manus ante faciem iungit, & aliquantulum quieſcit in meditatione ſancti Sacramenti.

Deinde depoſitis manibus dicit ſecretè Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, & diſcooperto calice accipit Patenam, & eam diligenter cum pollice & indice dextrę manus ſuper calicem extergit, & ipſos digitos, ne quid fragmẽtorum in eis remaneat. Si verò adſint Hoſtiæ cõſecratæ ſuper corporale poſitæ, pro alio tempore cõſeruandæ, facta prius genuflexione reponit eas in vas ad hoc ordinatum: & diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum quantumcunque minimũ remaneat ſuper corporale, quod, ſi fuerit, accuratè reponit in calicem: poſt exterſionem Patenæ iunctis pollicibus & indicibus iterum genuflectit Sacramento ſurgit, & calicem dextra manu infra nodum cuppę accipit, dicens, Calicem ſalutaris, &c. & ſignans ſe ſigno Crucis cum calice dicit, Sanguis Domini noſtri, &c. & manu ſiniſtra ſupponens patenam calici, ſtans reuerenter ſumit totũ Sanguinem cum particula in calice poſita.

Quibus ſumptis, dicit ſecretè: Quod ore ſumpſimus, &c. poſteà ſuper Altare porrigit calicem Miniſtro ad cornu Epiſtolæ, quo vinum fundẽte, ſe purificat: deinde abluit pollices & indices ſuper calicem, quos abſtergit purificatorio, interim dicens, Corpus tuum Domine quod ſumpſi, &c. ablutionem ſumit, & extergit os, & calicem purificatorio: quo facto, purificatorium extendit ſuper calicem, & de ſuper patenam, ac ſuper patena paruam pallam, & cooperit velo, plicat corporale & reponit in burſam, quam ponit ſuper calicem & collocat ſuper Altare vt prius.

Si qui ſunt communicandi in Miſſa, eos communicet, antequam ſumat purificationem, & antequam digitos abluat. Quibus communicatis dicit, Quod ore ſumpſimus Domine, &c. & deinde ſe & eos qui communicarunt purificans, dicit, Corpus tuum Domine quod ſumpſi & alia faciat, vt ſupra.

¶ IN Miſſa Solenni Diaconus ſtans retro poſt celebrantem, cum in oratione dominica, dicitur, Et dimitte nobis debita noſtra, facta ibidem genuflexione altari, vadit ad dextram celebrantis, & patenam purificatorio abſtergens dat celebranti, illius manum oſculanda: & quando opus eſt, diſcooperit, & cooperit, & cum celebrante adorat calicem. Cum dicitur, Pax Domini &c Subdiaconus retro poſt celebrantem facta Altari genuflexione, vadit ad ſiniſtram celebrantis, & ſimul dicũt Agnus Dei deinde facta ibidem Sacramento genuflexione, redit poſt celebrantem. Diaconus verò à dextris genuflexus expectat pacem: & cum celebrans oſculatur altare, ipſe ſe erigens ſimul oſculatur altare, & à celebrante complexus accipit pacem, reſpondens ei, Et cum ſpiritu tuo, Poſtea iterum Sacramento in altari adorato, vertit ſe ad Subdiaconum retro poſt celebrantem; qui ſimiliter à Diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatus Acolutho vadit ad Chorum & dat ſimiliter pacem primo cuiuſque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis: & reuerſus ad Altare dat pacem Acolutho, qui ipſum comitauerat, qui & alijs Acolithis circa Altare dat pacem, deinde vadit ad dextrã celebrantis, & quãdo opus eſt, diſcooperit calicem, accipit ampullam vini, & infundit quando celebrans vult purificare. ❡

## De Communione, & Orationibus poſt cõmunionem dicendis.

CElebrante purificato, dum calicem collocat in Altari, liber Miſſalis defertur per miniſtrum ad cornu Epiſtolæ, & collocatur vt in Introitu. ❡ IN Miſſa Solenni Diaconus defert librum Miſſalis ad cornu Epiſtolæ, poſtea vadit retro poſt celebrantem. Subdiaconus verò vadit ad cornu Euangelij, vbi calicem mũdat, aptat cum purificatorio. Plicat Corporalia, reponit in burſam, & illam ponit ſuper calicem coopertum velo, quem collocat in Altari vel ſuper credentia vt prius: poſtea redit ad locum ſuum retro poſt Diaconum. ❡ His expeditis celebrans ſtans legit Antiphonã quæ dicitur Communio, qua lecta iunctis manibus ante pectus vadit ad medium Altaris, & eo oſculato vertit ſe ad populum & dicit Dominus vobiſcũ, redit ad librum, dicit Orationes Poſtcõmunionẽ, eodem modo, numero & ordine vt ſuprà dictæ ſunt Collectæ.

Quibus dictis iungens manus ante pectus reuertitur ad medium Altaris, & eo oſculato vertit ſe ad populum, & dicit vt ſuprà, Dominus vobiſcũ. Quo dicto ſtans iunctis manibus ante pectus verſus populum dicit, ſi dicendum eſt, Ite miſſa eſt. Quo dicto per eandem viam reuertitur ad Altare. Si verò non ſit dicendum, dicto Dominus vobiſcũ.

reuertitur eodem modo per eandem viam ad medium Altaris: vbi ſtans verſus ad illud iunctis ante pectus manibus, dicit, Benedicamus Domino.

IN Miſsis autem Defunctorum eodem modo ſtans dicit, Requieſcat in pace.

¶ IN Miſſa ſolenni hæc omnia eodem modo ſtans dicit Diaconus: & cum dicit, Ite miſſa eſt, Celebrans quoque ſtat verſus populum.

IN Quadrageſima autem à Feria Quarta Cinerum vſque ad Feriam Quartam maioris Hebdomadæ, in Feriali officio poſtquam celebrãs dixit Orationes poſt communionem cum ſuis ſolitis concluſionibus, antequam dicat Dominus vobiſcũ, ſtans in eodem loco ante librum dicit Oremus, Humiliate capita veſtra Deo & extenſis manibus ſubiungit eadem voce Orationem ſuper populum ibidem poſitam: quâ finita oſculatur Altare, & vertens ſe ad populum dicit, Dominus vobiſcum, & alia vt ſuprà.

¶ IN Miſſa ſolenni dicto per celebrãtem Oremus, Diaconus vertens ſe ad populum iunctis manibus dicit vt ſuprà, Humiliate, &c. quo dicto vertit ſe verſus Altare à tergo celebrantis, & celebrans dicit Orationem.

## De Benedictione in fine Miſſæ, & Euangelio ſancti Ioannis.

DICTO Ite miſſa eſt vel Benedicamus Dño, vt ſuprà Celebrans ante medium Altaris ſtãs iunctis manibus ſuper Altare, & capite inclinato, dicit ſecretè, Placeat tibi ſancta Trinitas, &c. quo dicto extenſis manibus hinc inde ſuper Altare poſitis: ipſum in medio oſculatur: tum erigẽs ſe adhuc ſtans verſus illud, extendit, eleuat, & iungit manus, caputq; cruci inclinans, dicit voce intelligibili Benedicat vos omnipotens Deus, & iunctis manibus, ac demiſsis ad terram oculis, vertens ſe ad populum extenſa manu dextra, iunctiſque digitis ſemel benedicit populo, dicens Pater, & filius & Spiritus ſanctus & circulum perficiens reuertitur ad cornu Euangelij, vbi dicto Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum Spiritu tuo, pollice dextro ſignans primũ ſigno crucis Altare, ſeu librum: deinde frontem, & pectus dicit, Initium ſancti Euangelij ſecũdum Ioannem vel, Sequentia ſancti Euangelij vt dictum eſt in Rubricis generalibus: & poſt reſp. Gloria tibi Domine, iunctis manibus legit Euangelium, In principio, vel aliud vt conuenit. Cum dicitur Et verbum caro factum eſt, genuflectit, & ſurgens progreditur, vt prius vſque ad finem.

Si Celebrans in Altari vertit faciem verſus populum, non vertit ſe, ſed ſtans vt erat, benedicit populum vt ſupra, in medio Altaris. deinde accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium ſancti Ioannis.

¶ Si Celebrauit coram ſummo Pontifice, Cardinale, Legato ſedis Apoſtolicæ, Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo in prouincia, ciuitate, vel Diœceſi ſua exiſtente, celebrans dicto Placeat tibi ſancta Trinitas. &c, dicit Benedicat vos omnipotens Deus: & conuertens ſe ad ſummum Pontificẽ genuflexus, ad Cardinalẽ verò, Legatum, vel Prælatum ſuum, capite inclinato quaſi licentiam benedicendi petens, proſequitur, Pater & filius & Spiritus ſanctus. benedicens aſtantes à parte vbi non adeſt Pontifex, Cardinalis, Legatus aut Prælatus prædicti.

Si autem celebrauit coram Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo extra eorum titulum, Eccleſiam, Prouinciam, ciuitatem, vel diœceſim cõſtitutis, eis abſque alio reſpectu vt cæteris qui interſunt, more conſueto benedicit.

Si autem celebrauit pro Defunctis, dicto Placeat tibi ſancta Trinitas, vt ſuprà, accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium ſancti Ioannis, prætermiſſa benedictione, quæ in Miſsis Defunctorum non datur.

Finito Euangelio in fine Miſſæ ſi celebrauit coram ſummo Pontifice, Cardinali, Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo in eorum reſidentijs, Eccleſiæ vel loco Iuriſdictionis eorum: conuertit ſe ad illum coram quo ex prædictis celebrauit, & facit reuerentiam conuenientem.

Si non celebrauit coram aliquo prædictorum, huiuſmodi reuerentiam prætermittit.

Quibus omnibus abſolutis, extinguũtur per Miniſtrum candelæ: interim Sacerdos cooperto capite accipit ſiniſtra calicem, dextra ponens ſuper burſam ne cadat, deſcendit ad infimum gradũ Altaris, & ibi in medio vertens ſe ad illud, caput inclinat: & facta reuerentia, præcedente Miniſtro, eo modo quo venerat redit ad ſacriſtiam, interim dicens Antiphonã. Trium puerorum. & canticũ Benedicite. Si verò ſit dimiſſurus huiuſmodi veſtes ante Altare, vbi celebrauit, finito Euangelio prædicto, ibidem deponit veſtes, & dicit Antiphonam prædictam, Trium puerorum, cum cantico & alijs orationibus, vt ſuo loco ponuntur.

¶ IN Miſſa ſolenni omnia facit vt ſuprà, hoc excepto, quod ter populo benedicit, primo à cornu Epiſtolæ dicens, Pater. Secundo ante medium Altaris dicens, Et filius, Tertiò a cornu Euangelij dicens, Et Spiritus ſanctus. Et dicto Euangelio ſecundum Ioannem, vel alio vt ſupra Celebrans diſcedit cum Miniſtris ordine quo venerat.

## De his quæ omittuntur in Miſſa, pro Defunctis.

IN Miſſa pro Defunctis ante Confeſsionem non dicitur Pſalmus Iudica me Deus Sed pronũciata Antiphona, Introibo ad Altare Dei, & reſponſo à miniſtris, Ad Deũ qui lętificat, &c. dicitur verſ. Adiutorium noſtrum, & Confeſsio cum reliquis vt ſuprà.

¶ IN Miſſa ſolenni poſt confeſsionem non incenſatur Altare, Cum celebrans ad Altare incipit Introitum, non ſignat ſe, ſed manu dextra extenſa

ſa facit ſignum Crucis ſuper librum, quaſi aliquem benedicens. Non dicitur Gloria patri ſed poſt Pſalmũ repetitur Requiem æternam: nec Gloria in excelſis, nec Alleluia, nec Iube domine benedicere nec Dominus ſit in corde meo, nec oſculatur librum in fine.

¶ IN Miſſa ſolenni Subdiaconus finita Epiſtola non oſculatur manum Celebrãtis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionem, nec oſculatur Celebrantis manum, non tenentur luminaria ad Euangelium, ſed duo tantum Acholuthi ſine candelabris tenent medium Subdiaconum, tenẽtem librũ Euangeliorum. Non incenſatur liber, nec in fine Celebrans, nec defertur liber Euangeliorum oſculandus.

Item in Miſſa Defunctorum nõ dicitur Credo, non benedicitur aqua in calicem fundenda, ſed dicitur, Deus qui humanæ ſubſtantiæ, &c.

¶ IN Miſſa ſolẽni oblata & altare incenſantur vt ſupra: incenſatur ſolus Celebrans, & non incenſantur alij: cũ lauat manꝰ, non dicitur Gloria patri in Pſalmo, Lauabo inter innocentes Subdiaconus non tenet patenam poſt Celebrantem: ſed tempore eleuationis Sacramẽti incenſat Sacramentũ. Ad Agnus Dei, non percutit pectus, nec dicitur, miſerere nobis, cuius loco dicitur dona eis requiem. nec tertio, dona nobis pacem, cuius loco dicitur, dona eis requiem ſempiternam non dicitur prima Oratio ante communionem, ſcilicet, Domine Ieſu Chriſte qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c. nec datur pax. In fine non dicitur, Ite miſſa eſt, nec Benedicamus Domino ſed Requieſcant in pace, Et non datur benedictio: ſed dicto Placeat, dicitur vt ſupra, In principio erat verbum, &c. Alia omnia vt in alijs Miſsis.

¶ Finita Miſſa, ſi facienda eſt Abſolutio, Celebrans retrahitte ad cornu Epiſtolæ, exuitur caſula, accipit pluuiale nigrum, Subdiaconus medius inter duos Acoluthos deferentes candelabra accenſa, defert Crucem, præcedentibus duobus alijs Acoluthis, vno cum thuribulo & nauicula, alio cum aqua benedicta & aſperſorio: ſequitur Celebrans & Diaconus à ſiniſtris. Subdiaconus cum cruce ſiſtit ſe in loco parato ad caput contra Altare medius inter dictos Acoluthos deferentes luminaria: Celebrans verò ex alia parte verſus Altare, à ſiniſtris Diaconus, alij duo Acoluthi deferẽtes vas aquæ benedictæ, & thuribulum. Interim cantatur Reſpõſorium, Cum dicitur, Kyrie eleiſon, Celebrans ponit incenſum in thuribulum miniſtrante Diacono nauiculam: cœpto Pater noſter accipit aſperſorim de manu Diaconi, & facta Altari reuerentia comitante Diacono à dextris & tenente fimbriam anteriorem pluuialis, aſpergit circuiens locum paratum, cum tranſit ante crucem profundè inclinat Diaconus verò genuflectit, & rediens ad priſtinũ locum, de manu eiuſdem Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo aſperſerat, incenſat. Poſtremò Diacono tenente librum, orat iunctis manibus dicens, Et ne nos ... orationibus ... porta inferi, cum alijs: ... quæſumus Domine, &c. ... eam dicens, Requiem æternam ... manu dextra ſuper locum ... Cantores, Requiſcant in pace, ... ce, redit cum alijs ad ſacriſtiam.

De his quæ clara voce aut ſecretè dicenda ſunt in Miſſa.

IN MISSA priuata clara voce dicuntur In nomine patris & filij & Spiritusſancti Amen, & Antiphona & Pſalmus ad Introitum, Confeſsio & quæ ſequuntur, excepta Oratione, Aufer à nobis & Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum. &c. Item Introitus, Kyrieeleiſon, Gloria in excelſis, Epiſtola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorium, Præfatio, Nobis quoq; peccatoribus ſolum hæc tria verba, Item, Per omnia ſæcula, &c, cum, pater noſter, Pax Domini, Agnus Dei. Domine non ſum dignus, cætera ſecretè Communio, Poſtcommunio, Ite miſſa eſt vel Benedicamus Domino vel Requieſcant. Euangeliũ In principio. Alia omnia dicuntur ſecretè.

¶ IN MISSA ſolenni clara voce à celebrante, dicuntur quãdo intonatur Gloria in excelſis. & Credo, Dominus vobiſcum, Oremus, Oratio, Dominus vobiſcum, Oremus. ante Offertorium. Præfatio, Pater noſter, & Oratio Poſtcommunionẽ, Alia omnia à Celebrante dicuntur ſecretò in Miſſa ſolenni.

De Hora celebrandi Miſſam.

MISSA priuata ſaltem poſt Matutinũm, quacũque ora ab Aurora vſque ad Meridiem dici poteſt. Miſſa autem Conuentualis & Solennis, ſequenti ordine dici debet.

In Feſtis Duplicibus & Semiduplicibus, in Dominicis. & īfra Octauas, dicta in choro Hora tertia

In Feſtis Duplicibus & Ferijs per annum dicta Sexta.

In Aduentu, Quadrageſima, Quatuor Temporibus, & Vigilijs quæ ieiunantur, dicta Nona,

Miſſa autem Defunctorum dici debet poſt Matutinum & Primam diei: & vbi dicuntur eorũ Vigiliæ, mane poſt Matutinum diei, dictis huiuſmodi Vigilijs cum Laudibus, immediatè dici poteſt Miſſa pro Defunctis Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Miſſam Conuentualem, Miſſæ in nocte Natiuitatis Domini, quæ ſuo loco dicuntur. Miſſa ſcilicet, Conuentualis prima, poſt mediam noctẽ, Secunda poſt Laudes & Primam: Tertia poſt Tertiam: vel vbi alias ex diſpenſatione Apoſtolica diſponatur,

De ordine ſedendi, ſtandi, & genuflectendi in Miſſa ſolenni.

IN MISSA ſolenni Celebrans medius inter Diaconum & Subdiaconum ſedere poteſt à cornu Epiſtolæ iuxta Altare, cum cantantur Kyrie eleiſon, Gloria in excelſis. & Credo alio tempore ſtat ad Altare, & genuflectit quando oportet, vt ſupra.

Item

reuertitur eodem modo per ndo legitur Euangeliũ,
dium Altaris: vbi ſtans verſ, & Verbu caro factu eſt.
pectus manibus, dicit, Ben tus eſſet Ieſus, ad illa
IN Miſsis autem Def auerunt eum. Item Euan
ſtans dicit, Requieſcat Dominicam quartam. Qua
IN Miſa ſolenni h erba in fine, & procidens ado
dicit Diaconus; & c n Diaconus cantat illa verba
brans quoque ſtatim, celebrans & circunſtãtes ver
IN Quagenuflectunt; ſubdiaconus vero tenens
librum, & Acoluthi candelabra non genuflectunt.

Item genuflectit Celebrans priuatè celebrans cum dicit, Flectamus genua: non autem cum ſolenniter celebrat, ſed Diaconus, & Subdiaconus, & circunſtantes. Item Celebrans & Miniſtri genuflectunt, cum dicitur in Quadrageſima, Adiuua nos Deus. Item, cum dicitur in Miſſa Spiritus ſancti: Veni ſancte Spiritus reple: &c. Item quando legitur Paſsio, ad illa verba, expirauit. Et quandocunque fiunt genuflexiones vt ſupra, circunſtantes autem in Miſsis priuatis ſemper genuflectunt præterquam ad Euangelium.

¶ IN ſolemnibus autem genuflectitur ab ijs qui non ſunt prælati, ad Confeſsionem cũ ſuo Pſalm. & ab omnibus quando eleuatur Sacramentum, ſed dum cantatur, Introitus Gloria in excelſis, Epiſtola Graduale, Credo, Offertorium. & facta Communione, dum cantatur, Communio. ſedetur, in alijs ſtatur.

In Miſsis Feriarum Aduentus, Quadrageſimæ Vigiliarum quæ ieiunantur, & Quatuor Temporum, ac in Miſsis Defunctorum, circunſtantes genuflectunt ad Confeſsionem cum ſuo Pſalmo, ad Orationes, dicto per celebrantẽ Sanctus, vſque ad Pax Domini. ad poſtcõmunionem, excepta Vigilia Paſchæ, & Pentecoſtes ac Natiuitatis Dñi.

## De Coloribus, & qualitate Paramentorum.

PAramenta Altaris Celebrantis, & Miniſtrorum ſint coloris conuenientis Officio, & Miſſæ diei ſecundum vſum Romanæ Eccleſiæ quæ quinque coloribus vti conſueuit, Albo, Rubeo, Viridi, Violaceo & Nigro.

### ALBO COLORE VTITVR.

1 A Veſp. Vigiliæ Natiuitatis Domini, vſque ad Octa. Epiphaniæ incluſiuè: exceptis, Feſtis Martyrum quę intra eam veniunt.
2 Feria v. Cœna Domini.
3 Sabbatho S. in Officio Miſſæ, & ab illo die, vſque ad Sabbathũ Pẽtecoſtes excluſiuè in
4 Officio de Tempore, præterquam in Miſſa Litaniarum & Rogationum.
5 Feſtis B. Mariæ & per eius Octauas, præterquam in benedictione candelarum & proceſsione quæ fit in Purificatione eiuſdem
6 Eiuſdem virginis Miſsis votiuis.
7 Miſſa S. Trinitatis.
8 Feſto Corporis Chriſti.
9 Feſtis Angelorum.
10 Feſto Natiuit. S. Ioan. Baptiſtæ.
11 Feſto omnium Sanctorum.
12 Feſto principali S. Ioannis Euangeliſtæ, quod eſt intra Octauam Natiuit. Domini.
13 Vtraque Cathedra S. Petri,
14 Conuerſione S. Pauli.
15 Feſt. S. Petri ad Vincula.
16 Feſt. Transfigurationis Domini.
17 Feſtis Confeſſorum Doctorum Pontificum, & non Pontificum.
18 Feſtis Sãctarum Virginũ & non Virginum.
19 Conſecratione & Dedicatione Eccleſiæ.
20 Conſecratione Pontificis.
21 Octauis prædictorum Feſtorũ quæ Octauas habent, quãdo fit Officiũ de Octaua.
22 Dominicis infra Octauas dictorum Feſtorum per annum occurrentibus.

### RVBEO COLORE VTITVR.

1 A Vigilia Pentecoſtes in Miſſa vſq; ad Sabbathum ſequentem incluſiuè.
2 Feſtis Sanctæ Crucis,
3 Feſto S. Ioan. ante portam Latinam,
4 Feſto ſanctorum Innocentium quando in Dñica venit: ſimiliter & in eius die Oct.
5 IN Natali Apoſtolorum, exceptis, Feſt. Ioannis Euangel. Infra Octa. Natiuit. Domini. Conuerſionis S. Pauli. S. Petri Cathedræ & Vinculorum.
6 Feſtis Martyrum, excepto Feſto S.S. Innocentium, niſi in Dominica venerit.
7 Octauis prædictorum Feſtorum quæ Octauas habent, quando fit de Octau.
8 Dominicis per annum infra eas Octauas occurrentibus.

### VIRIDI COLORE VTITVR.

1 Ab Octaua Epiphaniæ vſque ad Septuageſimam excluſiuè in officio de Tempore.
2 Ab Octaua Pentecoſt. vſque ad Aduentum excluſiuè in officio de Tempore.

Exceptis. Dominica Trinitatis. Dominicis infra Octauas. occurrentibus in quibus, Color Octauarum ſeruatur. Vigilijs, & Quatuor Temporibus.

### VIOLACEO COLORE VTITVR.

1 A Dominica 1. Aduentus vſque ad Miſſam vigiliæ Natiuitatis Dñi incluſiuè.
2 A Septuageſima vſque ad Officium ante Miſſam in Vigilia Paſchæ incluſiuè in officio de Tẽpore: excepta. Feria v. in Cœna Domini & Paraſceue, & benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Præfationem dicens ſolus vtitur Albo ea autem finita Violaceo vt prius.
3 Officio Vigiliæ Pẽtecoſtes ante Miſſam facta Benedictione Fontium incluſiuè.
4 Quatuor Temporibus
5 Vigilijs quæ ieiunantur, exceptis Vigilia, & Quatuor temporibus Pentecoſtes.
6 Miſſa Litaniarum & Rogationum.

7 Feſto Sanctorum Innocentium, quando non venit in Dominica.

8 Benedictione Candelarum, & in die Purificationis Beatæ Mariæ.

9 Benedictione Palmarum, & in ipſa Dominica in Palmis.

10 Generaliter in omnibus Proceſsionibus: exceptis proceſsionibus S. Sarcamenti, & quæ fiunt in ſolemnibus diebus.

## NIGRO COLORE

Vtitur.

IN Feria ſexta in Paraſceue, & in Miſsis Defunctorum.

In officio Miſſæ Celebrans ſemper vtitur Planeta ſuper Albam. Si autem ſit Epiſcopus, & ſolẽniter celebrat, ſuper Dalmatica & Tunicella. Pluuiali vtitur in proceſsionibus, & benedictionibus quæ fiunt in Altari. Item in officio Laudum & Veſperarum, quando ſolemniter dicuntur, eodem vtitur aſsiſtens Celebranti in Miſſa Pontificali. Item quando Celebrans poſt Miſſam defunctorum facit in fine Abſolutionem.

Cum Celebrans vtitur pluuiali, ſemper deponit manipulũ. & vbi pluuiali haberi non poteſt, in benedictionibus quæ fiunt in Altari, Celebrans ſtat ſine Planeta, cum Alba & Stola.

Dalmatica & Tunicella vtuntur Diaconus & Subdiaconus in Miſſa ſolemni, & proceſsionibus & benedictionibus, quãdocũque Sacerdoti miniſtrãt.

In diebus verò ieiuniorum, præterquam in Vigilijs Sanctorum, & in Dominicis & Ferijs Aduentus, & Quadrageſimæ, ac in *Vigilia* Pentecoſtes ante Miſſam, exceptis Dominica Gaudete, etiam ſi eius Miſſa infra Hebdomadam repetatur, Dominica Lætare. Vigilia Natiuitatis, Sabbatho ſancto in benedictione Cerei, & in Miſſa, & Quatuor temporibus Pent. & in Cathedralibus & præcipuis Eccleſijs vtuntur Planetis plicatis ante pectus: quam Planetam Diaconus dimittit, cùm lecturus eſt Euãgelium, & Tunc ſuper ſiniſtrum humerum ſuper Stolã cõplicatur, aut ponitur, aliud genus *S*tolę latioris, in modũ Planetæ plicatę: & facta cõmunione reſumit Planetam vt prius. Similiter Subdiaconus demittit eam, cùm lecturus eſt Epiſtolam, quam legit, in Albis: & poſtea eam reſumit vt prius. In minoribus autem Eccleſijs, prędictis diebus ieiuniorũ Alba tantum amicti miniſtrent: Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum Stola ab humero dextro ſub ſiniſtrum pendente.

# DE DEFECTIBVS IN CELEBRATIONE,

## Miſſarum occurentibus.

SACERDOS celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requiſitis ad Sacramentum Euchariſtiæ conficiendum deſit. Poteſt autẽ defectus contingere ex parte materiæ conſecrandæ, & ex parte formæ adhibandæ, & ex parte miniſtri conficiẽtis. Quicquid enim horum deficit, ſcilicet materia debita, forma cum intentione, & ordo Sacerdotalis in conficiente, non conficitur Sacramentum. Et his exiſtentibus, quibuſcunque alijs deficientibus, veritas adeſt Sacramenti. Alij verò ſunt defectus, qui in Miſſæ celebratione occurrentes, & ſi veritatem Sacramenti non impediant, poſſunt tamen aut cum peccato, aut cum ſcandalo contingere.

### De defectibus materiæ.

DEfectus ex parte materiæ poſſunt contingere, ſi aliquid deſit ex ijs, quæ ad ipſam requiruntur. Requiritur enim, vt ſit panis triticeus, & vinum de vite: & vt huiuſmodi materia conſecranda, in actu conſecrationis ſit coram Sacerdote.

### De defectu panis.

SI panis non ſit triticeus, vel ſi triticeus, ſit ad mixtus granis alterius generis in tanta quanitate, vt non maneat panis triticeus, vel ſit alioqui corruptus: non conficitur Sacramentum. Si ſit confectus de aqua roſacea, vel alterius diſtillationis: dubium eſt, an conficiatur. Si cæperit corrumpi, ſed nõ ſit corruptus: ſimiliter ſi non ſit azimus ſecundum morem Eccleſiæ Latinæ, conficitur: ſed cõficiens grauiter peccat.

Si celebrans ante conſecrationẽ aduertit Hoſtiã eſſe corruptam, aut non eſſe triticeam: remota illa Hoſtia aliam ponat, & à Canone iterum incipiat & proſequatur Miſſam. Si id aduerterit poſt conſecrationem, etiam poſt illius Hoſtiæ ſeu Sanguinis ſumptionem, poſita alia, a Conſecratione incipiat, ſcilicet, ab illis verbis. *Qui pridie quam pateretur:* & illam priorem ſi nõ ſumpſit, ſumat poſt ſumptionem corporis & ſanguinis, vel alij ſumendam tradat, vel alicubi reuerenter conſeruet. Si autem ſumpſerat, nihillominus ſumat eam, quam conſecrauit: quia præceptum de perfectione Sacramenti maioris eſt ponderis, quam quod à ieiunis ſumatur, Aduertendum autem, quod ſi hoc contingat poſt ſumptionem *S*anguinis, apponi debet rurſur nouus panis, & vinum cum aqua, facta prius oblatione, & proſequenda omnia, quæ ſequuntur: ne Sacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus ſeruetur ordo.

Si Hoſtia conſecrata diſpareat, vel caſu aliquo vt vento, aut miraculo, vel à mure accepta, vel alio animali, & nequeat reperiri: tunc altera conſecretur (ab eo loco incipiendo. *Qui pridie quam pateretur:* facta eius prius oblatione) & illud animal ſi capi poteſt, occidatur, & comburatur, & cineres eiciantur in ſacrarium vel ſub Altari.

### De defectu Vini.

SI Vinum ſit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, & non maturis expreſſum, vel admixtum tantum aquæ, vt vinum ſit corruptum: non cõficitur Sacramentum.

Si vinum cœperit aceſcere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel muſtum, tunc de vuis expreſſum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua roſacea, ſeu alterius diſtillationis, conficitur Sacramentum, ſed cõficiens grauiter peccat. Si Celebrans ante conſecrationem ſanguinis, quamuis poſt conſecrationem corporis, aduerti-

tat aut Vinum, aut Aquam, aut vtrunque nõ eſſe in calice: debet ſtatim apponere vinum cum aqua & conſecrare, incipiendo ab illis verbis: Simili modo &c. Si poſt verba conſecrationis aduertat vinum non fuiſſe poſitum, ſed aquam: depoſita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, & reſumat à verbis prædictis. Si hoc aduertat poſt ſũptionem corporis, vel huiuſmodi aquæ: apponat aliam Hoſtiam iterum conſecrãdam, & vinum in calice: & vtrunque cõſecret, & ſumat in fine, quamuis aliam Hoſtiam conſecratam, vel aquam ſumpſerit: propter Sacramenti integritatem in celebratione ſeruandam. Si quis percipiat ante conſecrationem, vel poſt cõſecrationem, totum vinum eſſe acetum, vel alias corruptum: idem ſeruetur quod ſupra, ac ſi deprehenderet non eſſe poſitum vinum, vel ſolam aquam fuiſſe appoſitam in calice. Si autem Celebrans ante conſecrationem calicis aduertat non fuiſſe appoſitam aquam: ſtatim ponat eam, & proferat verba conſecrationis. Si id aduertat poſt conſecrationem calicis: nullo modo apponat, quia non eſt de neceſsitate Sacramenti. Si materia quæ eſſet apponenda ratione defectus, vel panis, vel vini, non poſſet vllo modo haberi: ſi id ante conſecrationem corporis, vlterius procedi non debet: ſi poſt conſecrationem corporis, aut etiam vini deprehenditur defectus alterius ſpeciei altera iam conſecrata: tunc ſi nullo modo haberi poſſit, procedendum erit, & Miſſa abſoluenda. Quòd ſi expectando aliquandiu, haberi poſſit, expectandum erit, ne imperfectum ſacrificium remaneat.

### De defectibus formæ.

DEfectus ex parte formæ poſſunt cõtingere: ſi aliquid deſit ex ijs, quæ ad integritatem verborum in ipſa conſecratione requiruntur. Verba autem conſecrationis, quæ ſũt forma huius ſacramenti ſunt hæc, Hoc eſt enim corpus meum. Et Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorũ. Si quis autem aliquid diminueret, vel immutaret de Forma conſecrationis corporis & ſanguinis, & in ipſa verborum immutatione, verba idem non ſignificarent: non conficeret Sacramentum. Si quis aliquid adderet quod ſignificationem non mutaret, conficeret quidem, ſed grauiſsimè peccaret.

Si Celebrans non recordetur ſe dixiſſe ea, quæ in conſecratione communiter dicuntur: non debet propterea turbari. Si tamen certò ei, vel valde probabiliter conſtet, ſe omiſiſſe aliquid eorum quæ ſunt de neceſsitate ſacramenti, id eſt, Formam conſecrationis: reſumat ipſam formam, & cætera proſequatur per ordinem. Si autem non ſunt de neceſſitate ſacramenti: non reſumat, ſed procedat vlterius.

### De defectibus Miniſtri.

DEfectus ex parte Miniſtri poſsũt contingere, quo ad ea, quæ in ipſo requirũtur. Hęc autem ſũt In primis intentio, deinde diſpoſitio animæ, diſpoſitio corporalis, diſpoſitio veſtimentorũ, diſpoſitio in miniſterio ipſo, quod ad ea, quæ in ipſo poſſunt occurrere.

### De defectu intentionis.

SI quis nõ intendit cõficere, ſed deluſoriè aliquid agere. Item ſi aliquæ Hoſtiæ ex obliuione remaneãt in Altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua Hoſtia lateat, cũ nõ intendat conſecrare niſi quas videt.

Item ſi quis habeat corã ſe vndecim hoſtias, & intendat conſecrare ſolum decem, non determinãs quas decem intendit: non conſecrat, quia requiritur intentio. Secùs ſi putans quidem eſſe decem, tamen omnes voluit conſecrare quas coram ſe habebat: nam tunc omnes erunt conſecratæ, atque ideo quilibet ſacerdos talem ſemper intentionem habere deberet, ſcilicet conſecrandi eas omnes quas ante ſe ad conſecrandum poſitas habet.

Si ſacerdos putãs ſe tenere vnã Hoſtiã, poſt cõſecrationẽ inuenerit fuiſſe duas ſimul iunctas: in ſũptione ſumat ſimul vtranq;. Quodſi deprendat poſt ſũptionẽ corporis & ſãguinis, aut etiã poſt ablutionẽ, reliquias aliquas, relictas cõſecratas, eas ſumat, ſiue paruę ſint ſiue magnę, quia ad idem ſacrificiũ ſpectant. Si verò relicta ſit Hoſtia integra conſecrata, eã in tabernaculo cũ alijs reponat: ſi hoc fieri nequit, ſequenti ſacerdoti ibi celebraturo, i, altari ſupra corporali decenter opertã, ſumendã vnã cũ altera quã eſt cõſecraturus, relinquat: vel ſi neutrũ horũ fieri poſſit, in ipſo calice ſeu patena decenter conſeruet, quouſque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero ſumatur: quod ſi nõ habeat quomodo honeſtè conſeruetur, poteſt eam ipſemet ſumere.

Si intentio non ſit actualis in ipſa conſecratione propter euagationem mentis, ſed virtualis, cum accedens ad Altare intendat facere quod facit Eccleſia: conficitur Sacramentum, & ſi curare debet ſacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

### De defectibus diſpoſitionis animæ

SI Quis ſuſpenſus, excommunicatus, & degradatus celebret: conficit quidem Sacramentum, ſed grauiſsimè peccat, tam propter communionem, quam indignè ſumit, quam propter executionem Ordinem, quæ ſibi erat interdicta.

Si quis habens copiam confeſſoris celebret in peccato mortali, grauiter peccat. Si quis autem in caſu neceſsitatis non habens copiam confeſſoris, in peccato mortali abſque contritione celebrat, grauiter peccat. Secùs ſi cõteratur: debet tamen cum primum poterit confiteri. Si in ipſa celebratione Miſſę ſacerdos recordetur ſe eſſe in peccato mortali cõteratur cũ ꝓpoſito cõfitendi & ſatisfaciendi. Si recordetur ſe eſſe excõmunicatum, vel ſuſpenſũ, aut locum eſſe interdictum: ſimiliter conteratur cũ propoſito petendi abſolutionem: ante conſecrationem autem, ſi nõ timetur ſcandalũ, debet Miſſam incœptã deſerere, ſecùs ſi eſſet publicè excommunicatus.

### De defectibus diſpoſitionis corporis.

SI quis non eſt ieiunus poſt mediã noctem, etiam poſt ſũptionem ſolius aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per modũ etiã medicinę & in quãtũcũq; parua quãtitate, nõ poteſt cõmunicare, nec celebrare.

Si autẽ ãte mediã noctẽ cibũ, aut potũ ſumpſerit, etiã ſi poſt modũ nõ dormierit, nec ſit digeſtus non peccat, ſed ob perturbationem mentis, ex qua deuotionem tollitur aliquando abſtinendum.

Si reli-

Si reliquiæ cibi remanentes in ore tráſglutiatur, non impediunt Cõmunionem, cum non tráſglutiá-ur ꝑ modũ cibi, ſed ꝑ modũ ſaliuæ. Idem dicendũ ſi lauádũ os, deglutiatur ſtilla aquæ ꝑter intentioné.

Si plures Miſſas in vna celebret, vt in nocte Natiuitatis: i vltima tãtũ Miſſa ꝑcipiat purificationem.

Si præceſſerit pollutio nocturna, quę cauſata fuerit ex prǫcedẽti cogitatione quę ſit peccatũ mortale vel euenerit ꝑpter nimiá crapulá: abſtinẽdũ eſt à cõmunione, & celebratione. Si dubiũ eſt, an in prǫcedẽti cogitatione fuerit peccatũ mortale, cõſulitur abſtinẽdũ, extra tñ, caſũ neceſsitatis. Si autẽ certũ eſt nõ fuiſſe in illa cogitatione peccatũ mortale, vel nullá fuiſſe ex naturali cauſa, aut ex diabolica illuſiõe: poteſt cõmunicare, & celebrare, niſi ex illa corpori cõmonione tãta euenerit ꝑ turbatio mẽtis, vt abſtinẽdũ videatur. De defectibus miniſterio ipſo occurrẽtibus

POſſunt etiá defectus occurrere in miniſterio ipſo ſi aliquid ex requiſitis ad illud deſit: vt ſi nõ celebretur in loco ſacro vel deputato ab Epiſcopo: nec í Altari cõſecrato: nec trib⁹ mappis cooperto. Si nõ adſũt luminaria cerea. Si nõ ſit tẽp⁹ debitũ celebrádi q̃d eſt ab aurora vſq; ad Miridiẽ, comuniter. Si celebrãs ſaltẽ Matutinũ cũ laudibus nõ dixerit. Si omittat aliquid ex veſtibus ſacerdotalibus. Si veſtes ſacerdotales, & mappę nõ ſint ab Epiſcopo, vel alio hác habente poteſtatẽ benedictę. Si nõ adſit cleric⁹, vel ali⁹ deſeruiẽs in Miſſa: vel adſit qui deſeruire nõ debet vt mulier. Si nõ adſit calix cũ patena cõueniẽs, cui⁹ cuppa debet eſſe aurea, vel argẽtea, vel ſtãnea: nõ ǽrea vel vitrea. Si corporalia nõ ſint mũda quę debẽt eſſe ex lino, nec ſerico í medio ornata, & ab Epiſcopo vel ab alio hác habẽte poteſtatẽ benedicta. Si celebrat capite cooperto ſine diſpẽſatione. Si nõ adſit Miſſale, licet, memoriter ſciret Miſsá quá intẽdit dicere. Si ſacerdote celebrãte violetur Eccleſia ãte Canonẽ dimittatur Miſſa. Si poſt Canonem, nõ dimittatur.

Si ſacerdos ãte Cõſecrationẽ grauiter infirmetur, vel in ſyncopẽ inciderit, aut moriatur: pretermittitur Miſſa. Si poſt cõſecrationẽ corporis tãtũ, ãte cõſecrationẽ ſãguinis, vel vtroq; cõſecrato, id accidit: miſſa ꝑ aliũ ſacerdotẽ expleatur ab eo loco, vbi ille deſijt. Si autẽ nõ obierit, ſed fuerit infirm⁹, adeo vt poſsit cõmunicari, & nõ adſit alia hoſtia cõſecrata: diuidat hoſtiá, & vná partẽ ꝑbeat ĩfirmo aliá ipſe ſumat. Si autẽ ſemi ꝓlata forma corporis abijt ſacerdos aut ſemi ꝓlata forma ſãguinis: tũc alter ſimiliter ꝓſequatur Miſsá, & ſuꝑ eãdẽ Hoſtiá, ſeu eũdẽ calicẽ repetat. ĩtegrá formá, ab eo loco (qui pridie quá pateretur) & í ſãguine, ab eo loco (ſimiliter poſtquá cœnauit) vel poſſet ſuꝑ aliũ panẽ, & in calice ſimiliter cũ in forma calicis deficit, ſuꝑ aliũ calicẽ ꝑparatũ, ĩtegrá formá ꝓferre, & hoſtiá primi ſacerdotis ĩter reliquias ſeruare uel eá ſumare poſt ablutionẽ ſãguinis, ſi cõſtat quód nõ ſit cõſecrata ĩ dubio vero tuti⁹ eſt accipere poſt ſũptionẽ & idẽ de calice relicto ſemi cõſecrato Si quis extra haiuſmodi caſ⁹ neceſsitatis, integra Sacramẽta nõ ſũpſerit grauiſsimẽ peccat. Si muſca vel aranea vel aliquid aliud ceciderit in calicẽ ãte cõſecrationẽ: ꝓiiciat viñũ ſubt⁹ altare, & aliud ponat ĩ calice miſceat parũ aquę, offerat & ꝓſequatur Miſsá. Si poſt cõſecratiõem ceciderit muſca, aut aliq̃d eiuſmodi, & fiat nauſea ſacerd[...]: extrahat eá & lauet cum vino: finita Miſſa cõburat. & [...]buſtio, ac lotio huiuſmodi in ſacrariũ ꝓiiciatur. Si au[tem] nauſea, nec vllũ periculũ timeat, ſumat[...] fuerit ei[...]

Si aliquod venenoſũ ceciderit ĩ calice, vel [...] uocaret vomitũ vinũ cõſecratũ reponẽdũ e[...] calice & aliud vinũ cũ aqua apponẽdũ denuo cõſecrãdũ: & finita Miſſa ſangois repoſitus ĩ pãno lineo vel ſtuppa tãdiu ſeruetur, donec ſpecies vini fuerit deſiccatę, & tũc cõburatur, & cũbuſtio in ſacrario ꝓiiciatur. Si aliquod venenatũ cõtigerit Hoſtiá cõſecratá tunc alterá cõſecret, & ſumat modo quo dictũ eſt; & illa ſeruetur in tabernaculo loco ſeparato, & animal captum occidatur, & cõburatur, vt ſupra dictum eſt. Si ſumendo ſãguinem, particula remãſerit in calice, digito ad labium calicis adducat, & ſumat ante purificationem, vel infundat vinũ & ſumat.

Si Hoſtiá ãte cõſecrationẽ inueniatur fracta, niſi populo euidẽter appareat, talis hoſtia cõſecratur Si aũt ſcãdalũ populo eſſe poſsit, alia accipiatur, & offeratur: quod ſi illius Hoſtię iá erat facta oblatio, eá poſt oblationẽ ſumat. Quod ſi ãte oblationẽ Hoſtia appareat cõfracta accipiatur altera ĩtegra ſi circa ſcãdalũ, aut lõgá morá fieri poterit. Si ꝓpter frig⁹, vel negligẽtiá Hoſtia cõſecrata dilabatur ĩ calicẽ ꝓpter a nihil eſt reiterãdũ, ſed ſacerdos Miſsá ꝓſequatur. Si in hyeme ſãguis cõgeletur ĩ calice, ĩuoluatur calix pãnis calefactis: ſi id nõ ꝓficeret, ponatur in feruenti aqua, dũmodo in calice non intet, donec liq; fiat.

Si ꝑ negligẽtiá aliquid d̃ ſãguine Chriſti ceciderit, ſiquidẽ ſuꝑ tabulá, lĩgua lãbatur & pars illa tabulę radatur quátũ ſatis eſt. Itẽ ſi nõ fuerit tabula, loc⁹ ipſe radatur & cõburatur: cinis vero iuxta Altare recõdatur. Si verõ ſuꝑ lapidẽ Altaris ceciderit, ſorbeat ſacerdos ſtillá, & loc⁹ bene abluatur, & ablutio ĩ ſacrariũ ꝓiiciatur. Si ſuꝑ linteũ Altaris, & ad aliud linteũ ſtilla ꝑuenirit, ſi vſq; ad tertiũ: & linteamina ter abluátur vbi ſtilla ceciderit, calice ſuppoſito, & aqua ablutionis ĩ ſacrariũ ꝓiiciatur & pars illa lintei ſiue pallæ poſt ablutionẽ abſcindatur, & cõburatur, & cinis ĩ ſacrario cõdatur q̃d ſi ĩ ipſo ſolũ corporali, aut ſi ĩ veſtib⁹ ipſis ſacerdotali ceciderit: ſatis erit ablui, & ablutio ĩ ſacrariũ proiiciatur. Si ĩ ſubſtrato pedib⁹ pãno vel tapeto & ablui oportebit, & partẽ abſcidi & cõburi & cineres ſimiliter ĩ ſacrariũ ĩmitti. At ſi cõtigat totũ ſãguinẽ poſt cõſecrationẽ effũdi, ſi q̃dẽ aliquid vel parũ remãſit illud ſumatur & de effuſo reliquo ſãgiune fiat vt dictũ eſt. Si vero nihil õnino remãſit, ponat iterũ vinũ & aq̃ & cõſecret ab eo loco (ſimiliter poſtq̃ cœnauit) facta pri⁹ tamẽ calicis oblatione. Si ſacerdos euomat Euchariſtiá ſi ſpecies ĩtegrę appareãt, reuerẽter ſumãtur, niſi nauſea fiat: tũc enĩ ſpecies cõſecratæ cautẽ ſeparẽtur, & ĩ aliquo loco ſacro reponãtur q̃d ſi ſpecies nõ appareãt cõburatur vomit⁹ & cineres ĩ ſacrariũ proiiciatur. Si Hoſtia cõſecrata, vel alia[que] aliqua eius particula dilabatur in terrá: reuerẽter accipiãtur & locus vbi cecidit, mũdetur & aliquãtũ abradatur, & puluis ſeu abraſio huiuſmodi ĩ ſacrariũ ꝓiiciatur. Si ceciderit extra corporale in mappá, ſeu alio quouis modo ĩ aliquod linteũ

mappa vel linteũ huiuſmodi diligéter lauetur, & lo tio ipſa in ſacrariũ eff... ...tur, Poſſunt etiam dete ... occurrere, ſi ſacerdos ignoret ... ctus in miniſt... ...bnias ipſas in eo ſeruandas; de qui ritus & ... in ſuperioribus rubricis copioſé dictũ eſt.

## PRÆPARATIO AD MISSAM pro oportunitate Sacerdotis Facienda.

AdEccleſię ingreſſũ ãte Altare genuflexus orã dicit

I Ntroibo in domũ tuã in holocauſtis reddã tibi vota mea quę diſtinxerunt labia mea. Antiphona.

N E reminiſcaris, Dñe, delicta noſtra, vel parẽtũ noſtrorũ, neq; vindictã ſumas de peccatis noſtris.

¶ Quæ Antiphona in duplicibus tãtũ duplicatur. Deinde dicuntur ſequentes Pſalmi. Pſalmus.

Q Vã dilecta tabernacula tua, Dñe virtutũ: cõcupiſcit & deficit anima mea ĩ atria dñi. C or meũ, & caro mea: exultauerũt in deũ viuum. Et enim paſſer inuenit ſibi domũ & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.

A ltaria tua Dñe virtutum; rex meus & Deus meus.

B eati qui ambulant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

B eatus vir, cui⁹ eſt auxiliũ abs te: aſcẽſiones ĩ corde ſuo diſpoſuit ĩ valle lachrymarũ, ĩ lo co quẽ poſuit.

E tenim benedictionem dabit legiſlator, ibũt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Syõ.

D omine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

P rotector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui.

Q uia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper milia.

E legi abiectus eſſe in domo Dei mei: magis quam hãbitare in tabernaculis peccatorum.

Q uia miſericordiã & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

N õ priuabit bonis eos qui ambulat in innocentia: Dñe virtutum, beatus homo qui ſperauit in te.

G loria patri. Pſalmus. 84.

B Ene dixiſti Dñe terrã tuã: auertiſti captiuitatẽ Iac. R emiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.

M itigaſti õnẽ irã tuã: auertiſti ab ira ĩdignatiõis tuę.

C onuertere nos Deus ſalutaris noſter: & auerte irã tuam á nobis.

N unquid in æternum iraſceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem.

D eus tu conuerſus viuificabis nos; & plebs tua lætabitur in te.

O ſtende nobis Dñe miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.

A udiam quid loquatur in me Dñs Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.

E t ſup ſanctos ſuos: & in eos qui cõuertũtur ad cor.

V eruntamen prope timentes eũ ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra.

M iſericordia & veritas obuiauerunt ſibi iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.

V eritas de terra orta eſt & iuſtitia de cœlo ꝓſpexit.

E tenim Dominus dabit benignitatẽ: & terra noſtra dabit fructum ſuum.

I uſtitia ãte eũ ãbulabit; & ponet in via greſſus ſuos.

G loria patri. Pſalmus. 85.

I Nclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper ſum ego.

C uſtodi animam meã, quoniã ſanctus ſum; ſaluum fac ſeruum tuum Deus meus ſperantem in te.

M iſerere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Q uoniam tu Domine ſuauis & mitis: & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te.

A uribus percipe orationẽ meam: & intende voci deprecationis meæ. (me.

I n die tribulatiõis meę clamaui ad te quia exaudiſti

N on eſt ſimilis tui in dijs Domine: & non eſt ſecundum opera tua.

O mnes gentes quaſcunq; feciſti, venient, & adorabunt corã te Dñe. & glorificabũt nomen tuum.

Q uoniam magnus es tu, & facies miſerabilia: tu es Deus ſolus.

D educ me Dñe in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

C onfitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: glorificabo nomen tuum in æternum.

Q uia miſericordia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.

D eus, iniqui inſurrexerunt ſuper me: & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.

E t tu Domine Deus miſerator & miſericors: patiens & multæ miſericordiæ & verax.

R eſpice in me & miſerere mei da imperium tuum puero tuo: & ſaluum fac filium ancillæ tuæ.

F ac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuuaſti me, & conſolatus es me.

G loria patri. Pſalmus. 115.

C Redidi, propter quod locutus ſum: ego autẽ humiliatus ſum nimis.

E go dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.

Q uid retribuã Dño: ꝓ omnibus quæ retribuit mihi.

C alicem ſalutaris accipiam: & nomen Dñi ĩuocabo.

V ota mea Dño reddam corã omni populo eius: pretioſa in conſpectu Dñi mors Sanctorum eius.

O Domine quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

D irupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo Hoſtiam laudis: & nomen Domine inuocabo.

V ota mea Dño reddam ĩ cõſpectu omnis populi eius: in atrijs domus Dñi, in medio tui Hieruſalẽ.

G loria patri. Pſalmus. 129.

D E profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

F iãt aures tuę ĩtẽdẽtes: in vocẽ deprecationis meę.

S i iniquitates obſeruaueris Dñe Dñe quis ſuſtinebit.

Q uia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

S uſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Q uia apud Dominũ miſericordia & copioſa apud

cum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael, ex omnibꝰ iniquitatibus eiꝰ.

Gloria patri & filio.

Deinde repetitur Antiphona.

Ne reminiſcaris Dñe delicta noſtra, vel parentũ noſtrorum: neq; vindictã ſumas de peccatis noſtris

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſõ Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationẽ. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Ego dixi Dñe, miſerere mei. ℟. Sana animã meã, quia peccaui tibi. ℣. Conuertere, Dñe aliquãtulũ. ℟. Et deprecare ſuper ſeruos tuos ℣. Fiat miſericordia tua, Dñe ſuper nos. ℟. Quem admodũ ſperauimꝰ i te. ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiã. ℟. Et ſancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me Dñe. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

AVres tuæ pietatis, mitiſsime Deus, iclina precibus noſtris, & gratia ſancti Spiritus illumina cor noſtrum: vt tuis myſterijs dignè miniſtrare, atq; æterna charitate diligere mereamur.

DEus, cui õne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quẽ nullum latet ſecretum: purifica p infuſionẽ ſancti Spiritus cogitationis cordis noſtri, vt te pfecte diligere, & dignè laudare mereamur.

VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros & cor noſtrum Domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamꝰ & mundo corde placeamus.

MEntes noſtras, quæſumus, Dñe, Paracletus, qui à te procedit, illuminet, & inducat in omnem, ſicut tuos promiſit filius, veritatem.

ADſit nobis, quæſumus Domine, virtus Spiritus ſancti, quæ & corda noſtra clemẽter expurget & ab omnibus tueatur aduerſis.

DEus, qui corda fidelium ſãcti Spiritus illuſtratione docuiſti da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COnſcientias noſtras, quæſumus, Domine, viſitãdo purifica: vt veniens Dominus, noſter Ieſus Chriſtus, filius tuus, paratã ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecum viuit & regnat, in vnitate Spiritꝰ ſãcti, Deꝰ: p õnia ſ cula ſæculorũ. Amẽ.

Tum dicit pontifex.

CAlcia me Domine caligas iucũditatis, & corrobora genua meæ debilitatis, vt indefeſſus valeã per ſemitam mandatorũ tuorũ ad te peruenire.

Alia Oratio.

CAlcia Domine pedes meos in præparationem Euangelij pacis: & protege me in velamento alarum tuarum.

Deinde dicit Pontifex.

EXue me Domine veterem hominem cum moribus & actibus ſuis: & indue me nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt.

¶ SEQVVNTVR ORATIONES cum & Pontifex & Sacerdos induitur ſacris paramentis cùm lauat manus.

DA Domine virtutem manibus meis ab abſtergendum omnem maculã vt ſine pollutione mẽtis & corporis valeã tibi ſeruire.

Ad Amictum.

IMpone Domine capiti meo galeam ſalutis ad expugnandos diabolicos incurſus.

Ad Albam.

DE alba me Domine, & munda cor meum, vt in ſãguine Agni de albatus gaudijs perfruar ſempiternis

Ad Cingulum.

PRæcinge me, Dñe, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis honorem libidinis, vt maneat in me virtus continentiæ, & caſtitatis.

Ad Crucem.

MVnire digneris me Domine Ieſu Chriſte, ab omnibus inſidijs inimicorũ omnium, ſigno ſanctiſsimæ Crucis tuæ: ac cõcedere digneris mihi ĩdigno ſeruo tuo: vt, ſicut hanc Crucem ſanctorum tuorũ reliquijs refertam ante pectus meum teneo: ſic ſemper mente retineam & memoriam Paſsionis, & ſanctorum victorias Martyrum.

Ad Manipulum.

MErear, Domine, portare manipulum fletus & doloris, & vt cum exultatione recipiam mercedem laboris

Ad Stolam.

REdde mihi Domine, Stolam immortalitatis, quam perdidi in præuaricatione primi parentis & quauis indignus accedo ad tuum ſacrum myſterium, merear tamen gaudium ſempiternum.

Ad Tunicellam.

TVnica iucunditatis, & indumento lætitiæ induat me Dominus.

Ad Dalmaticam.

INdue me Domine indumento ſalutis, & veſtimẽto lętitię, & Dalmatica iuſtitiæ circũda me ſemp.

Ad Chirothecas

CIrcũda Domine manus meas mũditia noui hominis, qui de cælo deſcẽdit, vt quemadmodũ Iacob dilectus tuus, pelliculis hœdorum opertis manibus, paternam benedictionem, oblato patri cibo potuque gratiſsimo impetrauit, ſic & oblata per manus noſtras ſalutari hoſtia, gratiæ tuæ benedictionem merear.

Ad Planetam ſeu Caſulam.

DOmine, qui dixiſti: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue: fac, vt iſtud portare ſic valeam, quòd conſequar tuam gratiam. Amen.

Ad Mitram.

MItram Domine & ſalutis galeã impone capiti meo: vt contra antiqui hoſtis, omniũq; inimicorum meorum inſidias, in offenſus euadam.

Ad Annulum.

COrdis & Corporis mei Domine digitos virtute decora, & ſepti formis Spiritus ſanctificatione circunda.

Ad Manipulum.

Merear, Dñe portare Manipulum fletus & doloris, vt cum exultatione recipiá mercede laboris.

Gratiarum actio poſt Miſſam.

Antiphona. Trium puerorũ cãtem⁹ hymnũ: quem cãtabát ſancti in camino ignis benedicentes Dñm.

¶ Quæ antiphona in duplicibus tãtum duplicatur.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuper exaltate eum in ſæcula.

Benedicite angeli Dñi Dño: benedicite cæli Dño.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Dño.

Benedicite Sol & Luna Domino: benedicite ſtellæ cæli Domino.

Benedicite imber & ros Domino: benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æſtus Domino. benedicite frigus & æſtas Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & niues Domino: benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino, benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet & ſuper exaltet eum in ſæcula.

Benedicite montes & colles Domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cæte & omnia quæ mouentur in aquis Domino: benedicite õnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Iſrael Dominum: ludet & ſuper exaltet eum in ſæcula.

Benedicite ſarerdotes Domini Domino: benedicite ſerui Domini Domino.

Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Domino: benedicite ſancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino: laudate & ſuper exaltate eum in ſæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu: laudemus & ſuper exaltemus eum in ſæcula.

Benedictus es Dñe in firmamento cæli: laudabilis & glorioſ⁹ & ſuperexaltat⁹ in ſęcula. Pſalm. 150.

Laudate Dominum in ſá ctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ laudate eum in pſalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eũ in Cymbalis bene ſonantibus, laudate eũ in Cymbalis iubilationis: õnis ſpirit⁹ laudet Dñm.

Gloria patri, & filio. Deinde repetitur Antiphon.

Trium puerorum cãtem⁹ hymnum: quẽ cãtabát ſancti in camino ignis benedicentes Dñm.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Cõfiteátur tibi Dñe õnia opera tua. ℟. Et ſancti tui benedicát tibi. ℣. Exultabunt ſácti in gloria. ℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Non nobis Dñe, nõ nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: cõcede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones noſtras, qſumus, Dñe, aſpirãdo pueni & adiuuãdo proſequere vt cuncta noſtra oratio operatio a te ſemp incipiat, per te cœpta finiatur.

Da nobis, qſumus, Dñe, vitiorum noſtrorum flãmas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo, tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aliæ orationes pro opportunitate Sacerdotis ãte Celebrationem & Cõmunionem dicendæ.

¶ S. AMBROSII MEDIOLANENS. Epiſcopi, precatio prima parans ad Miſſam.

Svmme Sacerdos & vere põtifex Ieſu Chriſte, qui te obtuliſti Deo patri Hoſtiá purá & immaculatá in ara crucis pro nobis miſeris peccatoribus, quiq; dediſti nobis carnem tuá ad máducádum & ſanguinem ad bibiẽdum & poſuiſti myſteriũ illud in virtute Spirit⁹ ſancti, dicens: Hæc quotieſcunq; feceritis, in mei memoriá facietis. Rogo p tuum ſáguinẽ pretioſum magnum ſalutis noſtræ pretium. Rogo per hác mirá & ineffabilẽ charitatem, qua nos miſeros & idignos ſic amare dignat⁹ es vt lauares nos à peccatis noſtris in ſáguine tuo. Doce me ſeruum tuum idignum quem inter cætera dona tua, ad officium ſacerdotale vocare dignat⁹ es nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordię tuę. Doce me quęſo per Spiritum ſanctum tuũ tãtum myſterium tractare, ea reuerentia & honore, eaq; deuotione & timore, quibus oportet, & decet. Fac me Dñe Ieſu Xpe per gratiá tuá ſẽp illud de tãto myſterio credere & intelligere, ſentire & firmiter retinere, dicere & cogitare qđ tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret Spirit⁹ tuus bonus ĩ cor meum, qui ſonet tibi ſine ſono & ſine ſtrepitu verborum, loquatur õnem veritatem tantorum myſteriorum: Profunda ſunt nimis, & ſacro tecta velamine. Propter magná clementiá tuá cõcede mihi hodie & ſemper Miſſarum Solemnia puro corde & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis & nefãdis, vanis & obnoxijs cogitationib⁹ Muni me beatorum Angelorum pia & fida tutela, atq; fortiſſima cuſtodia, vt hoſtes õnium bonorum cõfuſi diſcedát per virtutẽ tãti myſterij, & per manum ſãcti Angeli tui. Repelle à me Dñe Ieſu Chriſte & a cunctis ſeruis tuis duriſſimum ſpiritum ſuperbię, cenodoxię, inuidiæ iracundiæ, fornicationis & immunditiæ dubietatis & blaſphemiæ. Confundantur qui me perſequuntur: pereant illi qui perdere cuncta feſtinant.

REX virtutum, amator caſtitatis & integritatis amator Deus, cæleſti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo totum fomitem ardentem, vt maneat ĩ me tenor totius caſtitatis animæ & corporis.

ſis. Mortifica in mẽbris meis carnis ſtimulos, & õnes
libidinis cõmotiones, & da mihi verá & ppetuá caſ
titaté cũ cæteris bonis tuis, quæ tibi placent in ve
ritate, vt ſacrificiũ laudis caſto corpore & mũdo cor
ri.3. de valeá tibi oferre. Quáta eñi Dñe Ieſu Xpe cor-
dis cõtritione & lachrymarũ fonte, quáta reuerẽtia
& tremore, quáta corporis caſtitate, & animæ puri
tate iſtud diuinũ & cæleſte Sacrificiũ eſt celebrá-
dũ, vbi caro tua in veritate ſumitur, vbi ſanguis tu9
in veritate bibitur: vbi ſũmis ima cõiũgũtur, vbi ad
eſt præſentia Sáctorũ angelorũ, vbi tu es ſacerdos,
& ſacrificiũ mirabiliter & ineffabiliter cõſtitutus.
Quis digné hoc celebrare poterit, niſi tu De9 õni-
potés offeréte feceris dignũ, Scio, & verê ſcio, &
ipſum pietati tuę cõfiteor, quia nõ ſum dignus acce
dere ad tátũ myſteriũ ꝓpter nimia peccata mea, &
infinitas negligẽtias meas. Sed ſcio veraciter & cre
do ex toto corde, & ore cõfiteor, quia potes me face
re dignum, qui ſolus potes mũdũ facere de immũdo
cõceptũ ſemine, de peccatorib9 iuſtos facis & ſáctos.
o.6. Per hác õnipotẽtiá tuá te rogo, vt cõcedas mihi
peccatori hoc cæleſte ſacrificiũ celebrare cũ timo
re & tremore, cũ cordis puritate, & lachrymarũ fõ
te, cũ lætitia ſpirituali, & cæleſti gaudio. Sentiat
mẽs mea dulcedinẽ beatiſsimæ præſentiæ tuæ, &
ri.4. excubias ſáctorũ ágelorũ tuorũ in circuitu meo. E-
go eñi Dñe, memor venerádæ Paſsionis tuæ acce-
do ad Altare tuũ, licet peccator, vt offerá tibi ſacri
ficiũ quod tu inſtituiſti, & offerri præcepiſti in com
merationem tuam, pro ſalute noſtra

Suſcipe ergo iſtud, quæſo ſũme De9, dulciſsime
Ieſu Xpe ꝓ Eccleſia tua ſácta, & ꝓ cuncto populo
tuo qué acquiſiſti ſaguine tuo pretioſo. Et quoniá
me PECCATOREM iter te & eũdé populũ me
diũ eſſe voluiſti, licet in me boni operis teſtimoniũ
nõ agnoſcas. officiũ diſpẽſationis creditæ nõ recu-
ſes, nec p indignũ famulũ tuum eorũ ſalutis pereat
pretiũ ꝓ quibus Victima factus ſalutaris dignatus
es eſſe redẽptio. Profero ergo Dñe (ſi dignaris ꝓpi
tius intueri) tribulationes plebiũ: pericula populo
rũ: captiuorũ gemitũ, miſeriá orphanorũ, neceſsita
tés peregrinorũ, inopiá debiliũ, deſperationes lan-
guẽtiũ, defectus ſenum, ſuſpiria iuuenum, vota vir
p.11 ginum, lamenta viduarum;

Tu eñi miſereris õniũ Dñe, & nihil odiſti eorũ quę
feciſti. Memorare quæ ſit noſtra ſubſtátia, quia tu
Pater noſter es, ne iraſcaris ſatis, neq; multitudiné
ri.5. viſcerũ tuorũ ſup nos cõtineas. Nõ eñi in iuſtifica-
tionibus noſtris proſternimus preces noſtras a te fa
ciẽ tuá, ſed in miſerationibus tuis multis. Aufer à no
bis Dñe iniquitates noſtras, & igné S. Spiritus ĩ no
bis clemẽter accẽde. Aufer cor lapideũ de carne noſ
tra, & da nobis cor carneũ, qđ te timeat, diligat, &
honorificet: te delectetur te ſequatur, & te ptruatur

Oramus Dñe clemẽtiá tuá, vt ſereno vultu fami
liá tuá, ſacri tui nominis officia præſtoláté, aſpicere
digneris, & vt nullius ſit irritũ votũ, nullius vacua
poſtulatio, tu nobis preces ſuggere, quas ipſe audi-
re ꝓpitius & exaudire delecteris. Rogamus etiá te
S. PATER ꝓ ſpiritibus fideliũ defũctorũ, vt ſit
i.6. illis ſalus æterna, ac ppetua ſanitas, gaudiũ & refri
geriũ ſẽpiternũ, hoc magnũ pietatis Sacramentum
Dñe Deus meus, ſit illis hodie magnũ & plenũ gau
diũ de te Pane viuo & vero, qui de cœlo deſcẽdiſti
& das vitá mũdo, de carne ſacta & benedicta, Agni
videlicet ĩmaculati, qui tollis peccatũ mũdi, & pieta
tide fonte pietatis tuæ. qui per lanceam militis de
latere emanauit Crucifixi Domini noſtri, vt conſo-
lati exultent in laude & gloria tua ſancta.

Peto Dñe clemẽtiá tuá. vt deſcẽdat ſr p húc pané
& calicé iſtũ plenitudo tuæ diuinitatis. Deſcẽdat e-
tiá, Dñe, illa ſácti Spirit9 inuiſibilis formá & in
cõprehẽſibilis maieſtas, ſicut quõdá ĩ patrũ hoſtias
deſcẽdebat: qui & oblationes noſtras corp9 & ſan
guiné tuũ efficiat, & me indignũ ſacerdoté tuũ do
ceat, tátũ tractare myſteriũ: ita vt placidê & beni-
gne ſacrificiũ ſuſcipias de manib9 meis ad ſaluté om
niũ tá viuorũ, quam defũctorũ. Rogo te Dñe p ip
ſũ ſacroſáctũ myſteriũ corporis & ſaguinis tui, quo
quotide in Eccleſia tua paſcimur & potamur, ablu
imur & ſáctificamur, atq; vnius tuę ſũmæq; diuini
tatis participes efficimur: quaten9 des mihi virtu-
tutes tuas ſáctas, quib9 repletus, bona cõſciẽtia ad Al
tare tuũ accedá, ita vt hæc cæleſtia Sacramẽta effi
ciátur mihi ſal9 & vita. Tu eñi dixiſti ore tuo ſacto
& benedicto: Panis qué ego dedero caro mea eſt ꝓ
mũdi vita. Et qui máducat me: vita viuet ꝓpter me:
ipſe manet ĩ me, & ego in eo. Ego ſum Panis viuus,
qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc
pane viuit in æternum.

Panis dulciſsime, ſana palatũ cordis mei: vt ſẽtiá ſu
auitaté amoris tui. Sana ab õni láguore, vt nullá prę
ter te amé pulchritudiẽ. Panis cádidiſsime, habẽs in
te õne delectamẽtũ & õnis ſaporis ſuauitatem, qui
nos ſẽp reficis, comẽdat te cor meũ: & dulcedine ſa
poris tui repleátur viſcera animę meę: Máducat te
ágelus pleno ore, máducet te peregrinus homo ꝓ
modulo ſuo, ne deficere poſsit in via, tali recreatus
viatico. ¶ Panis ſácte, panis viue, panis pulcher
panis mũde, qui deſcẽdiſti de cælo, & das vitá mũ
do, veni ĩ cor meũ, & mũda me ab õni inquinamẽto
carni & ſpiritus. Intra ĩ animá meá: ſana & ſáctifica
me interius, & exterius. Eſto tutamẽtũ, & perpetua
ſalus corporis & animæ meę. Repelle à me in ſidia
tes mihi. Hoſtes recedát ꝓcul à præſẽtia tua. vt fo
ris & intus p te munit9 recto tramite pueniá ad tui
regnũ, vbi nõ myſterijs ſicut in hoc tẽpore agitur
ſed facie ad faciẽ te videbimus, cùm tradideris re
gnũ Deo Patri, & erit De9 õnia in õnibus. Túc me
de te ſatiabis ſatietate mẽſtrua: vt nec eſuriá, nec
ſitiá in æternũ. Qui cum eodẽ Deo Patre & Spiritu
Sancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

## Alia Oratio ſancti Ambroſij.

AD Menſam dulciſsimi cõuiuij tui, pie Dñe Ieſu
Chriſte, ego peccator de proprijs meritis nil
pręſumẽs, ſed de tua cõfidẽs miſericordia, & boni-
te, accedere vereor & cõtremiſco. Ná cor & cor-
habeo multis criminibus maculatũ: mẽté & ling
non cautê cuſtoditá. Ergo ó pia deitas, ó tremẽ
maieſtas, ego miſer inter anguſtias deprehẽſus,
te fonté Miæ recurro: ad te feſtino ſanád9: ſub
ptectioné fugio: & qué iudicé ſuſtinere nequeo

uatorē habere ſuſpiro. Tibi Dñe plagas meas oſtē-
do: tibi verecūdiā meam detego. Scio peccata mea
multa, & magna, pro quibus timeo. Spero miās tu
as, quarū nō eſt numerus. Reſpice ergo in me oculis
Miæ tuæ, Dñe Ieſu Xp̄e, rex æterne, Deus, & homo,
crucifixus propter hominē. Exaudi me ſperantē in
te: miſerere mei pleni miſerijs & peccatis, tu qui fō
tē miſerationis nūquā manere ceſſabis. Salue ſaluta
ris victima, pro me, & ōni humano genere in patibu
lo crucis oblata. Salue nobilis & pretioſe ſanguis,
de vulneribus crucifixi Dñi mei Ieſu Xp̄i profluens
& peccata totius mūdi abluēs. Recordare Dñe crea
turæ tuæ, quā tuo ſanguine redimiſti: pœnitet me
peccaſſe: cupio emendare quod feci. Aufer ergo à
me clementiſsime pater ōnes iniquitates & peccata
mea: vt purificatus mēte & corpore, digne deguſta
re merear ſācta, ſanctorū: & cōcede, vt ſācta præli
batio corporis & ſāguinis tui, quā ego indignus ſu
mere intēdo, ſit peccatorū meorū remiſsio, ſit deli-
ctorū pfecta purgatio, ſit turpiū cogitationū effu-
gatio, bonorūq; ſenſuū regeneratio, operūq; tibi
placētiū ſalubris efficacia, animę quoque & corpo
ris contra inimicorū meorū inſidias firmiſsima tui-
tio. Amen.

¶ Oratio ſancti Thomæ Aquinatis.

OMnipotens ſempiterne Deus, ecce accedo ad
Sacramētum vnigeniti filij tui Dñi noſtri Ieſu
Xp̄i. Accedo tāquā infirmus ad medicū vitæ, īmū-
dus ad fōtē Miæ, cæcus ad lumē claritatis æternæ,
pauper & egenus ad Dñm cæli & terræ. Rogo ergo
mēſę largitatis tuæ abūdātiā, quatenus meā curare
digneris infirmitatē, lauare fœditatē, illuminare cæ
citatē, ditare paupertatē veſtire nuditatē: vt panē
āgelorū, regē regū, Dnm dominātiū tāta ſuſcipiā re
uerētia & humilitate, tāta cōtritione & deuōtione,
tāta puritate & fide, tali ꝑpoſito & intētione, ſicut
expedit ſaluti animæ meæ. Da mihi quæſo Domi-
ne, corporis & ſāguinis, nō ſolùm ſuſcipere Sacra-
mētū, ſed etiā rē & virtutē ſacramēti. O amātiſsime
Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Dñi noſtri
Ieſu Xp̄i, quod traxit de virgine Maria, ſic ſuſcipe
re, & corpori ſuo myſtico merear incorporari, &
inter eius membra cōnumerari. O amantiſsime pa
ter, cōcede mihi dilectū filium tuū, quē nūc velatū
in via ſuſcipere ꝑpono, reuelata tādē facie perpe-
tuo contēplari. Qui tecum viuit, & regnat, &c.

Aliæ Orationes poſt celebrationē, & cōmunionem dicendæ. Oratio ſancti Thomæ

GRatias tibi ago, dñe ſācte, pater ōnipotēs, ęterne
Deus, qui me peccatorē, indignū famulū tuum
nullis meis meritis, ſed ſola dignatione Miæ tuæ ſa
tiare dignatus es, pretioſo corpore & ſāguine filij tui
Dñi noſtri Ieſu Xp̄i. Et precor, vt hæc ſācta Cōmu
nio nō ſit mihi reatus ad pænā, ſed interceſsio ſalu-
tis ad veniā. Sit mihi armatura fidei, & ſcutū bo-
næ volūtatis. Sit vitiorū meorū euacuatio, cōcupi-
ſcentiæ & libidinis exterminatio, charitatis & pa-
tientiæ, humilitatis & obediētiæ augmētatio: cōtra
inſidias inimicorū ōniū, tā viſibilū, quā inuiſibiliū,
firma defēſio: motuū meorū, tā carnaliū quā ſpiri-
tualiū, perfecta quietatio, in te vno ac vero Deo fir
ma adhæſio: atq; finis mei felix cōſūmatio. Et pre-
cor te, vt ad illud ineffabile cōuiuiū me peccatorē
ꝑducere digneris: vbi tu cū Filio tuo & ſpiritu ſācto,
ſāctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudiū ſēpiter
num, iucūditas cōſūmata, & felicitas perfecta. Per
Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Alia Oratio Sancti Bonauenturæ.

TRanſfige dulciſsime Dñe Ieſu medullas & vi-
ſcera animæ meæ, ſuauiſsimo ac ſaluberrimo
amoris tui vulnere, vera, ſerenaq; & Apoſtolica ſā-
ctiſsima charitate, vt lāgueat & liqueſiat anima mea
ſolo ſēper amore, & deſiderio tui, te cōcupiſcat, &
deficiat atria tua, cupiat diſſolui, & eſſe tecū. Da, vt
anima mea te eſuriat, panē āgelorū, refectionē ani
marū ſāctarū, panē noſtrū quotidianū, ſuper ſub-
ſtātialē, habētē ōnē dulcedinē, & ſaporē, & ōne de
lectamētū ſuauitatis: te, in quē deſiderāt āgeli ꝑpiſ
cere, ſēper eſuriat, & comedat cor meū, & dulcedi-
ne ſaporis tui repleātur viſcera animæ meæ: te ſemꝑ
ſitiat fōtē vitæ, fōtē ſapiētiæ & ſciētiæ, fōtē æterni
luminis, torrētē voluptatis, vbertatē domus Dei, te
ſēper ābiat, te quærat, te inueniat, ad te tēdat, ad te
ꝑueniat, te meditetur, te loquatur, & ōnia operetur
in laudē & gloriā nominis tui, cū humilitate & diſcre
tione, cū dilectione & delectatione, cū facilitate &
affectu, cū ꝑſeuerātia vſq; in finē: & tu ſis ſolus ſēꝑ
ſpes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio
mea, iucunditas mea, gaudiū meū, quies & trāquilli-
tas mea, pax mea, ſuauitas mea, odor meus, dulcedo
mea, cibus meus, refectio mea, refugiū meū, auxiliū
meū, ſapiētia mea, portio mea, & poſſeſsio mea, the
ſaurus meus, in quo fixa & firma & īmobiliter ſēper
ſit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

¶ Rhythmus Sācti Thomæ ad ſacrā Euchariſtiam.

ADoro te deuotè latens Deitas,
Quæ ſub his figuris verè latitas.
Tibi ſe cor meum totum ſubiicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Viſus, guſtus, tactus in te fallitur,
Sed auditu ſolo tute creditur.
Credo qui quid dixit Dei Filius,
Nihil veritatis verbo verius.
In cruce latebat ſola Deitas,
Sed hic latet ſimul & humanitas.
Ambo tamen credens atq; confitens,
Peto quod petiuit latro pænitens.
Plagas, ſicut Thomas: non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magis credere,
In te ſpem habere, te diligere,
O memoriale mortis Domini,
Panis verus, vitam præſtans homini,
præſta meæ menti de te viuere,
Et te illi ſemper dulce ſapere:
Pie pelicane Ieſu Domine,
Me immundum munda tuo ſanguine:
Cuius vna ſtilla ſaluum facere,
Totum mundum poſſet omni ſcelere.
Ieſu, quem velatum nunc aſpicio,
Quando fiet illud, quod tam ſitio:
Vt te reuelata cernens facie,
Viſurus ſim beatus tuæ gloriæ.

AMEN.

VT facilius omnia fe[illegible] ueniantur cōpoſita eſt ſequēs tabula quæ antiqu[illegible] vocatur. Ita vt feſt[illegible] eriantur. In lateræ ſiniſtro tabulę accipiatur Epacta, in linea literarum Dominicalium ſumatur litera Dominicalis currens, infra tamen Epactā cu[illegible] ita vt ſi litera Dominicalis currēs reperiatur è regione Epactæ currentis, aſſumenda ſit ead[illegible] Dominicalis proxime inferior. Nā è regione huius literæ Dñicalis omnia feſta mobilia cōtiner[illegible] in eiſdem exēplis: Anno 1583. Epacta eſt vij. & litera Dñicalis b, quæ primo infra Epactā vij currit, reperietur è regione huius literæ Dominica Septuageſimæ die 6. febru. dies Cinerū 23. dies Paſchæ 10. Apri. Aſcenſio Dñi 19. Maij, &ct. Itē anno 1585. Epacta eſt xxix. & litera dñic[illegible] quæ in tabula reperietur è regione Epactæ xxix. Quare ſumēda eſt alia litera f, quæ proxime inf[illegible] pactam inuenietur, è regione cuius inuenies Septuageſimam die 17. februarij, diem Cinerū 6. Ma[illegible] & Paſcha 21. Aprilis, &c.

Notandum autē eſt quòd quemadmodū in anno cōmuni, cadente litera Dominicali è regione Epactæ in iſta tabula, ſumitur eadem litera proxima infra Epactam vt diximus: ita quoque in anno Biſſextili, ſi alterutra duarum literarum Dominicaliū tunc currentium è regione Epactę reperiatur aſſumendæ ſunt aliæ duæ ſimilis literæ proxime inferiores, vt feſta mobilia inueniātur.

## SEQVITVR TABVLA PASCHALIS ANTIQVA REFORMATA.

| Cyclus Epacta. | Litera Dñic. | Septuageſima | Dies Cinerum. | Paſcha. | Aſcenſio | Pentecoſtes. | Corpus Chriſt. | Dñica poſt Pē. | Dñica. 1. Aduētus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| xxiij | | Ianuar. | Februa. | Martij. | Aprilis. | Maij. | Maij | | |
| xxij | d | 18 | 4 | 22 | 30 | 10 | 21 | 28 | 29. Noué. |
| xxj | e | 19 | 5 | 23 | 1. Maij | 11 | 22 | 28 | 30 |
| xx | f | 20 | 6 | 24 | 2 | 12 | 23 | 28 | 1. Decéb. |
| xix | g | 21 | 7 | 25 | 3 | 13 | 24 | 28 | 2 |
| xviij | A | 22 | 8 | 26 | 4 | 14 | 25 | 28 | 3 |
| xvij | b | 23 | 9 | 27 | 5 | 15 | 26 | 27 | 27. Noué. |
| xvj | c | 24 | 10 | 28 | 6 | 16 | 27 | 27 | 28 |
| xv | d | 25 | 11 | 29 | 7 | 17 | 28 | 27 | 29 |
| xiiij | e | 26 | 12 | 30 | 8 | 18 | 29 | 27 | 30 |
| xiij | f | 27 | 13 | 31 | 9 | 19 | 30 | 27 | 1. Decéb. |
| xij | g | 28 | 14 | 1. April. | 10 | 20 | 31 | 27 | 2 |
| xj | A | 29 | 15 | 2 | 11 | 21 | 1. Iunij. | 27 | 3 |
| x | b | 30 | 16 | 3 | 12 | 22 | 2 | 26 | 27. Noué. |
| ix | c | 31 | 17 | 4 | 13 | 23 | 3 | 26 | 28 |
| viij | d | 1. Febr. | 18 | 5 | 14 | 24 | 4 | 26 | 29 |
| vij | e | 2 | 19 | 6 | 15 | 25 | 5 | 26 | 30 |
| vj | f | 3 | 20 | 7 | 16 | 26 | 6 | 26 | 1. Decéb. |
| v | g | 4 | 21 | 8 | 17 | 27 | 7 | 26 | 2 |
| iiij | A | 5 | 22 | 9 | 18 | 28 | 8 | 26 | 3 |
| iij | b | 6 | 23 | 10 | 19 | 29 | 9 | 25 | 27. Noué. |
| ij | c | 7 | 24 | 11 | 20 | 30 | 10 | 25 | 28 |
| j | d | 8 | 25 | 12 | 21 | 31 | 11 | 25 | 29 |
| * | e | 9 | 26 | 13 | 22 | 1. Iunij | 12 | 25 | 30 |
| xxix | f | 10 | 27 | 14 | 23 | 2 | 13 | 25 | 1. Decéb. |
| xxviij | g | 11 | 28 | 15 | 24 | 3 | 14 | 25 | 2 |
| xxvij | A | 12 | 1. Mart. | 16 | 25 | 4 | 15 | 25 | 3 |
| 25. xxvj | b | 13 | 2 | 17 | 26 | 5 | 16 | 24 | 27. Noué. |
| xxv. xxiiij. | c | 14 | 3 | 18 | 27 | 6 | 17 | 24 | 28 |
| | d | 15 | 4 | 19 | 28 | 7 | 18 | 24 | 29 |
| | e | 16 | 5 | 20 | 29 | 8 | 19 | 24 | 30 |
| | f | 17 | 6 | 21 | 30 | 9 | 20 | 24 | 1. Decéb. |
| | g | 18 | 7 | 22 | 31 | 10 | 21 | 24 | 2 |
| | A | 19 | 8 | 23 | 1. Iunij | 11 | 22 | 24 | 3 |
| | b | 20 | 9 | 24 | 2 | 12 | 23 | 23 | 27. Noué. |
| | c | 21 | 10 | 25 | 3 | 13 | 24 | 23 | 28 |

quenti noua tabula ita eadem feſta mobilia reperientur. In cellula li-
Dominicalis currentis quæratur Epacta currens. Nam è directo om-
ſta mobilia deprehendentur. Vt anno 1585. in cellula literæ Domini-
f, tunc currentis è regione Epactæ xxix. quæ eodem anno currit, habe-
Septuageſima die 17. Februarij, dies Cinerū 6. Martij, & Paſcha die 21.
Aprilis, &c.

Sed ſiue antiqua, ſiue noua tabula Paſchali vtamur, inuenienda ſunt omnia feſta mobilia in Annis Biſſextilibus per literam Dominicalem poſteriorem, quæ nimirum currit poſt feſtum Sancti Matthiæ Apoſtoli, ne ſcilicet ambigamus, vtra duarum literarum pro hoc, aut illo feſto indigando accipienda ſit: ita tamen, vt Septuageſimæ, & diei Cinerum inuentæ in Ianuario, aut Februario addatur vnus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ currit prior litera Dominicalis, quæ in Kalendario priorem ſemper ſequitur: poſt feſtum autem S. Matthiæ in Februario licet poſterior litera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita vt dies 24. Februarij dicatur 25. & dies 25. dicatur 26. &c. Quòd ſi dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum eſt, quia tunc & litera poſterior currit, & dies menſis proprijs numeris reſpōdent, cum dies intercalaris Februario ſit additus. Exempli gratia. Anno 2096. Biſſextili Epacta erit v. & literæ Dominicales A, g, Si igitur per poſteriorē literam, quæ eſt g, feſta mobilia inueſtigentur, reperitur Septuageſima die 11. Februarij & dies Cinerū 28. Febru. Si autem addatur vnus dies, cadet Septuageſima in diem 12. Februa. quæ eſt Dominica, & dies Cinerum in diem 29. Februa. quæ eſt feria quarta. Paſcha autem, & reliqua feſta in eos dies cadent, qui in tabula expreſſi ſunt.

(:·:)

# PRO PRIVM MISSARVM, De Tempore.

## ¶ DOMINICA PRIMA DE ADVENTV.

Statio ad ſanctã Mariam maiorem.



Ad Miſſam Introitus.

Pſ. 42. AD te leuáui ánimam meã: Deꝰ meꝰ in te cõfido, nõ erubéſcam: neque irrideãt me inimîci mei: ètenim vniuérſi, qui te expectãt, nõ cõfundétur. ps. Vias tuas Domine demõſtra mihi, & ſemitas tuas edóce me. ℣. Glória patri, & filio, & ſpirítui ſãcto. Sicut erat in principio, & nũc, & ſemper, & in ſæcula ſæculôrũ. Amen.

Quo finito, repetitur: Ad te leuáui. vſq; ad Pſalmũ. Hic modus repetẽdi Introitũ ſeruatur per totum annũ.

Nõ dicitur, Glória in excélſis. ab hac Dominica vſque ad Natiuitatem Dómini, niſi in feſtis. Orêmus.

Oratio.

EXcita, quæſumus Dómine, potẽtiã tuá, & veni: vt ab imminẽtibꝰ peccatôrum noſtrôrũ perículis te mereâmur protegénte èripi, te liberánte ſaluari. Qui viuis & regnas cũ Deo patre in vnitãe ſpíritus ſancti, Deus: per õina ſæcula ſæculôrum. ℟. Amẽ.

Ab hac die vſque ad vigiliam Natiuitatis Dñi, poſt orationem dicitur Oratio, Deus qui de beatæ Mariæ. &, Eccléſiæ tuæ. vel, Deus ómnium fidélium. vt infra.

Si autem facienda ſit commemoratio alicuiꝰ feſti ſimplicis occurrentis, poſt orationem diei dicitur oratio de ſancto, tertia de ſancta Maria.

Oratio de ſancta Macia.

DEus, qui de beátæ Mariæ vírginis útero, verbũ tuum, ángelo nũciánte, carnẽ ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplícibus tuis: vt, qui vere eam genitrîcem Dei crédimus, eius apud te intercesſiônibus adiuuêmur.

Contra perſecutores Eccleſiæ.

ECcléſiæ tuæ, quæſumus Dñe preces placãtꝰ admitte: vt, deſtrũctis aduerſitátibus, & erróribus vniuérſis, ſecùra tibi ſeruiat libertâte. Per Dóminum noſtrũ Ieſum Chriſtum filiũ

tuum: qui tecum viuit.

Vel pro Papa.

DEus ómnium fideliũ paſtor & rector, fámulum tuũ. N. qué paſtôré Eccléſiæ tuæ præéſſe voluíſti, ꝓpitius réſpicè, da ei, quæſumus, verbo & exémplo, quibus præeſt, proficere: vt ad vitã vnà cum grege ſibi crédito, peruéniat ſempitérnã. Per Dñm.

Infra hebdomadas Aduẽtus, quãdo dicitur Miſſa de feſto ſemiduplici, ſecũda Oratio erit de Aduẽtu, tertia de ſãcta Maria, quę terminatur ſic: Per eũdé Dóminum noſtrũ, &c. Si autem dicatur Miſſa de feſto duplici, poſt orationé feſti dicitur ora. tãtũ de Aduẽtu.

¶ In Aduentu de feſtis ſimplicibus nõ dicitur Miſſa conuentualis, ſed eorum fit tantùm cómemoratio.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

c.13. FRatres: Sciéntes, quia hora eſt iã nos de ſomno ſúrgere. Nũc autẽ própior eſt noſtra ſalus, quã cum crédidimus. Nox præcéſsit, dies autẽ appropinquâuit. Abiiciâmus ergo ópera tenebrârũ, & induâmur arma lucis. Sicut in die, honéſtè ambulêmus. Nõ in comeſſatiónibꝰ, & ebrietátibus: nõ in cubílibus, & impudicitiis: nõ contẽtiône, & æmulatiône, ſed induimini Dóminum Ieſum Chriſtum.

4. Graduale. Vniuérſi, qui te expéctãt, non cõfundéntur Dñe. ℣. Vias tuas, Dómine notas fac mihi: & ſemitas tuas édoce me.

8 Alleluia, alleluia. ℣. Oſténde nobis, Dómine, miſericórdiã tuam: & ſalutâre tuum da nobis, alleluia.

In ferijs Aduentus, quando per hebdomadã reſumitur Miſſa de Dominica, non dicitur Alleluia, nec verſus ſequens, ſed tantum Graduale.

¶ Sequéntia ſancti euangelij ſecúndum Lucam.



INillo tempore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis: Erũt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis: & in terris preſsûra génti um prę cõfuſiône ſoni tꝰ maris, & flúctuũ: areſcéntibꝰ hominibꝰ præ timôre, & expectatiône, quæ ſuperuéniet vniuérſo orbi. Nã virtútes cælôrũ mouebúntur. Et tunc videbunt filium hóminis veniẽté in nube, cũ poteſtâte magna & maieſtâte. His autẽ fieri incipiéntibus, reſpicite, & leuâte capita veſtra: quóniã appropinquat redémptio veſtra. Et dixit illis ſimilitúdinẽ. Vidéte ficulneã, & omnes árbores: cùm prodúcũt iã ex ſe fructũ: ſcitis, quóniã prope eſt æſtas. Ita & vos, cũ vidéritis hæc fieri, ſcitôte, quóniam prope eſt regnũ Dei. Amẽ dico vobis: quia nõ præteríbit generâtio hæc, donec ómnia fiãt. Celũ & terra tranſibũt: verba aũt mea non tranſibũt. Et dicitur Credo. Offertoriũ. Ad te leuaui animã meam: Pſ. 24
Deus meus in te cõfido, nõ erubeſcã: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuérſi, qui expectant, nõ confundéntur.

Secreta.

HÆc ſacra nos Dómine potẽti virtute mundatos, ad ſuum faciãt puri-

purior es venire principium. Per Dóminum noſtrum.

De ſancta María. Secreta.

IN méntibus noſtris, quæſumus, Dómine, veræ fidei ſacraménta confirma: vt, qui concéptum de vìrgine Deum verum & hominem confitêmur: per eius ſalutiferæ reſurrectiônis potétiam, ad ætérnam mereâmur perueníre lætítiam.

Contra perſecutores Eccleſiæ.

Secreta.

PRótege nos, Dómine, tuis myſtétijs ſer uiéntes: vt diuínis rebus inhæréntes, & córpore tibi famulêmur, & mente. Per Dóminum.

Vel pro Papa.

OBlátis, quæſumus, Dñe, placâre munéribus: & famulum tuũ N. quem páſtorem ecclêſiæ tuæ præéſſe voluíſti, aſsídua protectióne guberna. Per Dóminum. Communio.

Pſ. 84. Dóminus dabit benignitâté: & terra nóſtra dabit fructũ ſuum. Poſtcõmu

SVſcipiâmus, Dómine, miſericórdiam tuam in médio templi tui vt reparatiônis noſtræ ventúra ſollémnia, congruis honóribus præcedâmus. Per Dóminum.

De ſancta María. Poſtcómunio.

GRátiam tuã, quæſumus, Dómine méntibꝰ noſtris infunde: vt, qui, ángelo nũciante, Chriſti filij tui incarnatióné cognóuimus: per paſſióné eius, & crucem, ad reſurrectiônis gloriam perducâmur.

Contra perſecutores Eccleſiæ.

Poſtcómunio.

QVæſumus Dñe Deus noſter: vt quos diuína tribuis participatiône gaudêre, humánis non ſinas ſubiacêre periculis. Per Dóminum noſt.

Vel pro Papa.

HÆc, nos quæſumus, Dómine, diuini ſacramẽti percéptio prótegat & famulum tuũ. N. quem paſtóré ecclêſiæ tuæ præéſſe voluiſti, vnà cum commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper, & muniat. Per Dóminum.

Dicitur Benedicâmus Dómino. Et ſic ſeruatur quoties non dicitur Glória in excélſis.

Si infra hebdomádam dicenda ſit Miſſa de feria, ſemper reſumitur Miſſa de Dominica præcedenti, niſi propria Miſſa aſsignetur.

Cum vero in Aduentu, Quadrageſima. Quatuor temporibus, Vigilijs, & Rogationibus, dicitur Miſſa de feſto duplici, vel ſemiduplici, occurrente, ſemper fit cõmemoratio de feria, & pro cõmemoratione feriarum Aduentus dicitur oratio Dominicæ præcedentis, niſi ſint Quatuor tempora, in quibus habetur oratio propria.

¶ Dominica ſecunda de Aduentu.

Statio ad ſanctam Crucem in Hieruſalem. Introitus.

POpulꝰ Sion, ecce Dóminus veniet ad ſaluãdas gentes: & auditã faciet Dñs glóriam vocis ſuæ in lætítia cordis veſtri. Pſalm. Qui regis Iſrael, intende: qui dedúcis velut ouẽ Ioſeph. Iſa. 30. Pſ. 79.

℣. Glória patri. Nõ dicitur Glória

in excelſis. Oratio.

EXcita Domine corda noſtra ad præparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduéntum, purificátis tibi méntibus ſeruíre mereámur. Qui tecũ viuit. Oratio de ſancta Maria.

DEꝰ, qui de beátæ Mariæ vírginis útero, verbũ tuum, ángelo nũciãte, carnẽ ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam genitrícem Dei crédimus, eius apud te intercesſiónibus adiuuémur.

Pro Papa. Oratio.

DEus ómnium fidélium paſtor & rector, famulum tuũ N. quẽ paſtórem eccléſiæ tuæ præéſſe voluiſti, propítius réſpice: da ei, quæſumꝰ, verbo & exemplo quibus præeſt, proficere: vt ad vitã, vna cũ grege ſibi crédito, perueniat ſempitérnã. Per Dñm.

Vel contra perſecutores Eccleſiæ. Oratio. Ecclèſiæ tuæ. vt in Dominica præterita.

Lectio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

15. FRatres: Quæcúnque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt vt per patiéntiam & conſolatiónem ſcripturárum, ſpem habeámus. Deus autem patiéntiæ & ſolatij, det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecũdum Ieſum Chriſtum: vt vnánimes, vno ore honorificétis Deum, & patrẽ Dómini noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod ſuſcipite inuicẽ, ſicut & Chriſtus ſuſcépit vos in honorem Dei. Dico enim Chriſtum Ieſũ miniſtrum fuiſſe circuncisiónis propter veritátem Dei, ad confirmándas promiſsiónes patrum. Gentes autem ſuper miſericórdia honoráre Deum, ſicut ſcriptũ eſt. Proptérea cõfitébor tibi in géntibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Lætamini gentes cũ plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes Dóminum, magnificáte eum omnes populi. Et rurſum Iſaias ait. Erit radix Ieſſe: & qui exúrget régere gẽtes, in eum gentes ſperábunt. Deus autẽ ſpei repleat vos omni gaudio & pacem credéndo: vt abundẽtis in ſpe, & virtúte ſpíritus ſancti.

Graduale. Ex Sion ſpécies decoris eius: Deus manifeſte véniet. ℣. Congregáre illi ſanctos eiꝰ, que ordinauérunt teſtamẽtũ eius ſuper ſacrificia. Pſ. 49.

Alleluia, alleluia. ℣. Lætátus ſum in his, que dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus, Alleluia Pſ. 121.

Sequéntia ſancti euangélij ſecundum Matthæum.

Ca. 11. IN illo témpore: Cum audíſſet Ioánes in vínculis ópera Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi. Tu es qui venturus es, an aliũ expectámus? Et reſpóndens Ieſus ait illis. Eúntes, renunciate Ioánni, quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident, claudi ãbulant, lepróſi mundantur, ſurdi áudiunt, mórtui reſurgunt, pauperes euangelizántur, et beátus eſt, qui non fúerit ſcandalizátꝰ in me. Illis autem abeúntibus, cæpit Ieſ dicere ad turbas de Ioánne. Quid exiſtis in deſertum vidére? Arúndinem vento agitátam? Sed quid exiſtis vi-

ſtis vidêre? Hominem móllibus ve-
ſtitū? Ecce, qui móllibus veſtiuntur,
in dómibus regum ſunt. Sed quid ex
iſtis vidêre? Prophêtam? Etiam dico
vobis, & plusquam prophêtam. Hic
eſt enim, de quo ſcriptū eſt, Ecce ego
mitto àngelum meum ante faciem tu
am, qui præparabit viam tuam ante
te C redo.
Pſ.48. Offertorium. Deus tu conuértens vi
uificábis nos, & plebs tua lætabitur in
te: oſténde nobis, Dñe, miſericordiá
tuá, & ſalutáre tuū da nobis. Secreta.
PLacâre, quæſumus, Domine, hu
militatis noſtræ précibus, & hóſ-
tiis: & vbi nulla ſuppetunt ſuffragia
merirtôum, tuis nobis ſuccúrre præſi
diis. Per Dominum.
De ſancta Maria. Secreta.
IN méntibus noſtris, quæſum⁹, Dó
mine, veræ fidei ſacraméta confir
ma: vt, qui concéptū de virgine De
um verū & hominé confitêmur: per
eius ſalutiferæ reſurrectiônis potenti-
am, ad ætérná mereâmur peruenîre
lætítiam.
Pro Papa. Secreta.
OBlátis, quæſumus, Dñe, placâ-
re munéribus: & famulum tuū
N quem pâſtorem ecclêſiæ tuæ præ-
êſſe voluiſti, aſsìdua protectiône gu-
berna. Per Dóminum.
Vel contra perſecutores Eccleſiæ.
Secreta. Prótege. vt in Dominicia
præterita. Communio. Hieruſálem
ſurge, & ſta in excélſo: & vide iucun-
ditatem, quæ véniet tibi à Deo tuo.
Poſtcommunio.

REpléti cibo ſpirituâlis alimoniæ
ſupplicis te Dómine, precâmur
vt huius participatióne myſterij, do-
ceas nos terrêna deſpicere, & amâre
cæléſtia. Per Dóminum noſtrum.
De ſancta Maria. Poſtcómunio.
GRâtiam tuam, quæſumus Dó-
mine, mentibus noſtris infúnde
vt qui, ángelo nunciante, Chriſti filij
tui incarnatiônem cognóuimus, per
paſsiônem eius & crucem, ad reſurre
ctiónis glóriam perducámur.
Pro Papa. Poſtcommunio.
HÆc, nos quæſumus, Dómine,
diuini ſacraméti percéptio pró-
tegat & famulum tuū. N. quem paſ
tóré ecclêſiæ tuæ præêſſe voluiſti, vnà
cum commiſſo ſibi grege, ſaluet ſem Ca
per, & muniat. Per Dóminum.
Vel contra perſecutores Ecclêſiæ.
Poſtcommunio. Quæſumus Dómi-
ne. vt in Dominica præterita. 4.
¶ Dominica iij. de Aduentu.
Statio ad ſanctum Petrum.
Intritous.
GAudête in Dómino ſem
per: iterum dico, gau-
dête: modeſtia veſtra
nota ſit ómnibus homi-
nibus: Dóminus enim prope eſt: ni-
hil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratiô-
nes veſtræ innoteſcant apud Deum.
Pſalm. Benedixiſti, Dómine, terram Pſ.
tuam: auertiſti captiuitâtem Iacob.
℣. Glori patri. Non dicitur. Glori
in excelſis. Oratio.
AVrem tuá quæſumus, Dñe, pré
cibus noſtris accómodá: & mé

tis noſtræ tenebras, gratia tuæ viſitationis illuſtra. Qui viuis.

Oratio de ſancta Maria.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero, verbū tuum, angelo nūciante, carnē ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſsionibus adiuuemur.

Contra preſecutores Eccleſię. Oratio.

ECcleſiæ tuæ, quæſumus, Domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa. Oratio.

Deus omniū fidelium. vt in Dominica prima.

Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Philippenſes.

FRatres: Gaudete in Domino ſemper; iterum dico, gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibꝰ Dn̄s enim prope eſt. Nihil ſolliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione, petitiones veſtrę innoteſcat apud Deum. Et pax dei quæ exuperat omnē ſenſū, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras: in Chriſto Ieſu Dn̄o noſtro.

79. Graduale. Qui ſedes, domine ſuper cherubim, excita potentiam tuam, & veni. ℣. Qui regis Iſraël intende, qui deducis velut ouem Ioſeph. [A]lleluia, alleluia. ℣. Excita, domine [pote]ntiam tuam; & veni: vt ſaluos [fac]ias nos. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



IN illo tempore: Miſerūt Iudęi ad Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Ioannē, vt interrogarēt eum: Tu quis es? Et cōfeſſus eſt, & nō negauit. Et cōfeſſus eſt: quia nō ſum ego Chriſtꝰ. Et interrogauerunt eū Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Nō ſū. Propheta es tu? Et reſpondit Nō. Dixerūt ergo ei: Quis es, vt reſpōſū demꝰ his, qui miſerūt nos? Quid dicis de teipſo? Ait: Ego vox clamātis in deſerto: dirigite viam dn̄i, ſicut dixit Iſaias propheta. Et qui miſsi fuerant: erant ex Phariſæis. Et interrogauerūt eum, & dixerūt ei. Quid ergo baptizas, ſi tu nō es Chriſtus, neq; Elias, neq; propheta? Reſpondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua medius autem veſtrū ſtetit, quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factꝰ eſt: cuius ego nō ſū dignus, vt ſoluam eius corrigiā calceamenti. Hęc in Bethania facta ſunt trans Iordanē, vbi erat Ioannes bap- Ca. 1.

tizans. Credo. Offertoriū. Be Ps. 84.

nedixiſti, Dn̄e, terram tuam: auertiſti captiuitatē Iacob: remiſiſti iniquitatem plebis tuæ. Secreta.

DEuotionis noſtræ tibi, quæſumus, domine, hoſtia iugiter immoletur; quæ & ſacri peragat inſtituta myſterij, & ſalutare tuum in nobis mirabiliter operatur. Per Dominū.

De ſancta Maria.

IN méntibus noſtris, quæſum⁹, Dómine, veræ fidei ſacraméta confirma: vt, qui concéptũ de virgine Deum eorũ & hominẽ confitêmur: per eius ſalutíferæ reſurrectiônis poténtiam, ad ætérnã mereâmur peruenîre lætítiam.

Contra perſecutores Eccleſiæ.

Secreta.

PRótege nos Dómine, tuis myſtérijs ſeruiéntes: vt, diuínis rebus inhæréntes, & córpore tibi famulêmur, & mente. Per Dñm. Vel pro Papa. Secreta. Oblátis. vt in prima Dominica. Cõmunio.

Iſa.35. Dícite puſillánimes: cõfortámini, & nolíte timêre: ecce Deus noſter veniet & ſaluabit nos. Poſtcõmunio.

IMplorâmus, dómine, cleméntiam tuã: vt hæc diuína ſubſidia, à vitijs expiátos ad feſta ventúra nos præparent. Per Dóminum.

De ſancta Maria. Poſtcõmunio.

GRátiam tuã, quæſumus, Dómine méntib⁹ noſtris infunde: vt, qui, ángelo nũciante, Chriſti filij tui incarnatiônẽ cognóuimus: per paſſiônẽ eius, & crucem, ad reſurrectiônis gloriam perducâmur.

Contra perſecutores Eccleſiæ.

Poſtcõmnio.

QVæſumus Domine, Deus noſter, vt, quos diuina tribuis participatiône gaudêre, humánis nõ ſinas ſubiacêre periculis. Per Dñm.

Vel pro Papa. Poſtcõmunio.

Hæc nos, vt in prima Dominica.

Feria. iiij. quatuor tẽporũ Aduẽtus.

¶ Statio ad ſanctã Mariam maiorẽ.

Introitus.

ROráte cæli déſuper, & nubes pluant iuſtũ: aperiátur terra, & germinet ſaluatorem. Iſa.

Pſalmus. Pſa.

Cæli enárrant gloriam Dei: & ópera mánuũ eius annúnciat firmaméntũ. ℣. Gloria patri. Poſt. Kyrie eleiſõ, immediatè dicitur, Orêmus. Flectâmus génua. ℟. Leuate.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, õnipotens Deus, vt redéptiônis noſtræ ventúra ſollémnitas: & præſentis nobis vitæ ſubſidia cónferat, & ætérnæ beatitúdinis præmia largiatur. Per.

Lectio Iſaiæ prophetæ. Ca

IN diébus illis. Dixit Iſaias ꝓphêta. Erit in nouíſsimis diébus pręparat⁹ mons domus Dñi in vertice montiũ: & eleuábitur ſuper colles: & fluent ad eũ omnes gentes: & ibunt pópuli multi, & dicent: Venîte: aſcẽdamus ad mõtem Dómini, & ad domũ Dei Iacob: & docébit nos vias ſuas. & ambulábim⁹ in ſemitis ei⁹ quia de Sion exíbit lex, & verbũ Dñi de Hieruſalẽ. Et iudicábit gentes: & arguet pópulos multos. Et cõflabũt gladios ſuos in vómeres, & lãceas ſuas in falces. Non leuábit gens contra gentẽ gládiũ: nec exercebũtur vltra ad prælíũ. Domus Iac. venîte, & ambulẽ⁹ in lúmine Dei nři. Gradua. Tóllite portas prĩcipes veſtras: & eleuâmini portas æternales: & introíbit rex glŕæ. ℣.

Quis aſcendet in mōtē Dómini: aut quis ſtabit in loco ſáncto eius? innocēs manibus & mūdo corde. Hic dicitur. ℣. Dóminus vobiſcū. ſine Flectamus génua. Oremus. Oratio.

FEſtina, quæſumꝰ, Dómine, ne tardaueris: & auxiliū nobis ſupernę virtútis impende: vt aduentus tui cōſolatiónibus ſubleuētur, qui in tua pietáte confidunt. Qui viuis.

De ſancta Maria. Oratio.

DEꝰ qui de beátæ Marię virginis útero, verbum tuū, ángelo nūciánte carnē ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui verè eam genitricē Dei crédimꝰ, eius apud te interceſsiónibus adiuuēmur.

Pro Papa. Oratio.

DEus ómniū fidélium paſtor, & rector: famulum tuum N. quē paſtórē Eccléſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius réſpice: da ei, quæſumꝰ, verbo & exemplo, quibus præeſt, proficere: vt ad vitam vnà cū grege ſibi crédito, perueniat ſempitérnā. Per dñm.

Vel contra perſecutores Eccleſiæ. Oratio.

Eccléſiæ tuæ vt in dñca præterita.

Lectio Iſaiæ prophetæ.

IN diébus illis: Locútus eſt Dóminꝰ ad Achaz, dicēs: Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo in profundū inferni, ſiue in excélſum ſupra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dóminum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid. Nunquid parū vobis eſt, moléſtos eſſe hominibꝰ, quia moléſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dñs ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & páriet filiū, & vocábitur nomē eius Emmánuel. Butyrū & mel comedet: vt ſciat reprobáre malū & eligere bonum. Graduale. Prope eſt Pſ. 44.
Dóminus ómnibus inuocantibus eū, ómnibus qui inuocant eū in veritáte. ℣. Laudē Dñi loquētur os meū, & benedícat ōnis caro nomē ſāctū eius.

Sequentia ſancti euangélij ſecúndum Lucam.



IN illo tempore: Miſſus eſt angelꝰ Gábriel à Deo in ciuitátē Galilęæ cui nomē Nazareth, ad vírginē deſpōſatā viro cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria: Et ingreſſus ángelus, ad eā dixit. Aue grátia plena: Dóminus tecū: benedicta tu in muliéribꝰ. Quæ cū audiſſet, turbáta eſt in ſermóne eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutátio. Et ait ángelus ei. Ne tímeas Maria: inueniſti enim grátiam apud Deum. Ecce cōcípies in útero, & páries filiū: & vocábis nomen eius Ieſū. Hic erit magnus: & filiꝰ altiſsimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus ſedē Dauid patris eiꝰ: & regnábit in domo Iacob in ætérnum: & regni eius nō erit finis. Dixit aūt Maria ad ángelū. Quómodo fiet iſtud, quóniā virū non cognóſco. Et reſpōdens ángelꝰ, dixit ei. Spiritꝰ ſánctus ſuperuéniet in te: & virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Ideóq; & quod

naſcē-

naſcêtur ex te ſanctũ: vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognâta tua: & ipſa cõcépit filiũ in ſenectûte ſua. Et hic mẽſis, eſt ſextꝰ illi quæ vocatur ſtérilis, quia nõ erit impoſsíbile apud Deũ omne verbũ. Dixit autẽ Maria. Ecce ancilla Dómini: fiat mihi ſecúndũ verbum tuum.

Iſa.35. Offertorium. Confortámini, & iá nolite timêre: ecce enim Deus noſter retríbuet iudíciũ: ipſe vénit, & ſaluos nos faciet. Secreta.

ACcepta tibi ſint, quæſumus, Dómine: noſtra ieiúnia: quę & expiando nos tua grátia dignos efficiát, & ad ꝓmiſſa ſempitérna ꝑdúcát. Per dñ.

De ſanct. Maria. Secreta.

IN mẽtibus noſtris, quæſumus Dómine: veræ fidei ſacraménta cõfirma: vt, qui concéptũ de virgine Deum verum & hóminẽ cõfitêmur: per eius ſalutiferæ reſurrectiõis potentiã, ad æternã mereâmur ꝑuenire lętitiã.

Pro Papa. Secreta.

OBlátis, quæſumꝰ, Dómine, placâte munéribus, & famulũ tuũ N. quẽ paſtôrem Eccléſiæ tuæ præeſſe voluíſti, aſsidua ꝓtectiône gubérna. Per Dóminum.

Vel contra perſecutores Eccleſiæ. Secreta. Prótege, vt in dñica præterita.

Eſ.7. Cõmuni. Ecce, virgo concípiet, & páriet filiũ, & vocábitur nomen eius Emmanuel. Poſtcõmun.

SAlutaris tui, Dñe, múnere ſatiati, ſupplices deprecámur: vt cuiꝰ lætâmur guſtu, renouémur effectu. Per. De ſancta Maria. Poſtcõmunio.

GRátiã tuã, quæſumus, Dómine, méntibꝰ noſtris infúnde: vt qui, ángelo nũciante, Chriſti filij tui incarnatiônẽ cognóuimus: per paſsiônem eius & crucem, ad reſurrectiônis glóriam perducâmur.

Pro Papa Poſtcõmu.

HÆc nos, quæſumus, Dómine, diuini ſacramenti percéptio ꝓtegat: & famulum N. quẽ paſtôrem Eccléſiæ tuæ præéſſe voluiſti, vnà cũ cõmiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper, & múniat. Per dóminum.

Vel contra perſecutores Eccleſiæ. Poſtcommunio. Quæſumus. vt in Dominica præterita.

Feria vj. quatuor tẽporũ Aduentus.

¶ Statio ad ſanctos duodecĩ Apoſtolos. Introitus.

PRope es tu, Dómine: & õnes viæ tuæ véritas: initio cognóui dẽ teſtimónijs tuis: quia in æternũ tu es. Ps. Beáti immaculáti in via, qui ámbulát in lege Dñi. ℣. Glória patri. Orat.

EXcita, quæſumꝰ, Dómine, potẽtiam tuam, & veni vt hi, qui in tua pietâte cõfidunt, ab õni cítius aduerſitâte liberentur. Qui viuis.

De ſancta Maria. Oratio.

DEꝰ qui de beátæ Mariæ virginis útero verbũ tuum ángelo nunciánte carnẽ ſuſcípere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui verè eã genetrícẽ Dei crédimus, eius apud te interceſsiónibus adiuuémur.

Cõtra perſecutores Eccleſiæ. Orat.

ECcléſiæ tuæ, quæſumus, Dómine, preces placatus ad mitte: vt, deſtrúctis aduerſitátibus, & erróribus vniuérſis, ſecúra tibi ſeruiat libertáte. Per Dóminum. Vel pro Papa.

Deus ōmium fidéliū vt in Feria quarta præterita.

Lectio Iſaiæ prophétæ.

11. HÆc dicit Dóminus Deus: Egredi êtur virga de radice Ieſſe: & flos de radíce eius aſcendet, Et requieſcet ſuper eum ſpíritus Dómini: ſpíritus ſapientiæ & intellectus: ſpíritus cōſilij & fortitúdinis: eſpſ ſcientię & pietátis: & replebit eū ſpíritus timôris Dómini. Non ſecúndum viſiônem oculôrū iudicábit: neque ſecúndum audítum àurium árguet: ſed iudicabit in iuſtitia páuperes: & árguet in æquitâte pro manſuétis terræ. Et percutiet terram virga oris ſui: & ſpíritu labiôrum ſuórum interficiet ímpium. Et erit iuſtitia cíngulū lumbôrū eius: & fides cinctórium renum eius. Graduale.

Oſtende nobis Dómine miſericordiam tuā: & ſalutâre tuum da nobis. ℣. Bené dixíſti, Dómine, terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

Sequentia ſancti euangélij ſecúndum Lucam.



IN illo tempore: Exúrgens Maria àbiit in montána cum feſtinatiône, in ciuitáté Iuda, & intrâuit in domū Zachariæ: & ſalutáuit Eliſabteh. Et factum eſt, vt audíuit ſalutatiônem Mariæ Eliſabet: exultâuit infans in útero eius Et repleta eſt ſpíritu ſancto Eliſabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & Benedíctus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt véniat mater, Dómini mei ad me? Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutatiônis tuæ in àuribus meis: exultâuit in gaudio infans in útero meo. Et beâta quæ credídiſti: quóniā perficiéntur ea, quæ dicta ſunt tibi à Dómino. Et ait Maria. Magníficat ànima mea Dóminū. Et exultâuit ſpíritus meus, in Deo ſalutári meo. Offertorium. Pſ.84.

Deus tu conuértens viuificábis nos: & plebs tua lætabitur in te: oſtende nobis Dómine miſericórdiam tuam: & ſalutare tuum da nobis. Secreta.

MVnéribus noſtris, quæſumus, Dñe, præcibuſque ſuſcéptis: & cæléſtibus nos munda myſtérijs, & cleménter exâudi. Per Dóminum.

De ſancta Maria. Secreta.

IN méntibus noſtris, quæſumus, Dómine, veræ fidei ſacraménta confirma: vt, qui concéptum de vìrgine Deum verum & hominem confitêmur: per eius ſalutíferæ reſurrectiônis poténtiam, ad ætérnam mereâmur peruenîre lætítiam.

Contra perſecutóres Eccleſiæ.

Secreta.

PRótege nos, Dómine, tuis myſtérijs ſeruiéntes: vt diuínis rebus inhæréntes, & córpore tibi famulémur, & mente. Per Dóminum.

Vel pro Papa.

Oblatis. vt in feria iiij. præterita. Cōmunio.

munˉo. Ecce Dóminus véniet, & o-
mnes ſancti eius cum eo: & erit in die
illa lux magna. Poſtcómunio.

TVi nos, Domine ſacraménti li-
berátio ſancta reſtáuret: & à ve-
tuſtáte purgátos, in myſtérij ſalutáris
faciat tranſire conſórtium. Per Dñm.

De ſancta Maria. Poſtcommunio.

GRátiã tuã, quæſumus, Dómi-
ne, méntib9 noſtris infúnde, vt
qui, ángelo nũciante, Chriſti filij tui
incarnatiônẽ cognóuimus: per paſsi-
ônem eius & crucem, ad reſurrectiô
nis gloriam perducâmur.

Contra perſecutores Eccelſiæ.

Poſtcommunio.

QVæſumus, Domine, Deus no-
ſter: vt, quos diuina tribuis par
ticipatiône gaudêre, humánis non ſi
nas ſubiacêre periculis. Per Dóminũ.
Pſ.79. Vel pro Papa. Poſtcommunio. Hæc
nos. vt in Feria IIII. præterita.

Sabbatho quatuor temporũ Aduent'

¶ Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.

VEni, & oſténde nobis
faciem tuam, Dñe,
qui ſedes ſuper cheru
bim: & ſalui érimus.
Pſal. Qui reges Iſra-
ël, inténde: dedúcis velut ouẽ Ioſeph.
℣. Gloria patri. Poſt Kyrie eleiſon
dicitur Orêmus. Flectâmus genua. ℟.
Leuâte. Oratio

DEus qui conſpicis, quia ex no-
ſtra prauitâte affligimur: concê-
de propitius: vt ex tua viſitatiône cõ-
ſolêmur. Qui viuis.

Lectio Iſaiæ propeetæ.

INdiebus illis: Clamábunt ad Dó- Capi 19.
minum à facie tribulátis: & mittet
eis ſaluatôrem, & propugnatôrẽ: qui
liberet eos. Et cognoſcetur Dñs ab
Ægypto: & cognoſcent Ægyptij Dó
minũ in die illa: & colent eum in hoſ
tijs & munéribus: & vota: vouebunt
Dño, & ſoluent. Et percútiet Dómi-
nus Ægyptum plaga, & ſanábit eã:
& reuerténtur ad Dñm: & placabitur
eis: ſanabit eos Dñs Deus noſter.
Graduale. A ſummo cælo egréſsio e- Pſ.18
ius: & occúrſus eius vſque ad ſummũ
eius. ℣. Cælo enárrat gloriam Dei, &
ópera mânuum eius annunciat firma-
méntũ. Orêmus. Flectamus génua.
℟. Leuâte. Oratio.

COncêde quæſumus omnipotẽs
Deus: vt qui ſub peccáti iugo ex
vetúſta ſeruitúte deprimimur: expe-
ctata vnigéniti filij tui noua natiuitate
liberêmur. Per eundem Dominum.

Lectio Iſaiæ prophetæ.

HÆc dicit Dóminus. Lætábitur Ca 15.
deſerta & inuia: & exultabit ſo-
litúdo: & florébit quaſi lilium. Ger-
minans germinâbit: & exultabit læ-
tabûnda & laudans. Gloria Libani da
ta eſt ei: decor Carméli & Sarón. Ipſi
vidébunt gloriam Dómini & decó-
rem Dei noſtri. Confortáte manus
diſſolútas, & génua débilia roboráte.
Dicite puſillanimis. Confortámini,
& nolite timêre. Ecce Deus noſter vl
tiónem addúcet retributiónis: Deus
ipſe véniet, & ſaluabit nos. Tunc ape
riéntur óculi cæcôrum: & aures ſur-

dórum patébunt. Tunc ſaliet, ſicut ceruus, claudus: & apérta erit lingua mutórum: quia ſciſſæ ſunt in de ſerto aquæ, & torrentes in ſolitúdine. Et quæ erat árida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquárum. Ait Dóminus omnipotens.

Ps.18. Graduale. In ſole poſuit Dóminus tabernáculum ſuum, & ipſe tanquã ſponſus procédens de thalamo ſuo. ℣. A ſummo cælo egréſsio eius: & occur ſus eius vſque ad ſummum eius. Orémus. Flectamus génua. ℟. Leuate.

Oratio.

INdignos nos, quæſum⁹ Dómine, famulos tuos, quos actiónis propriæ culpa contriſta: vnigéniti filij tui aduéntu lætifica. Per eúndem Dñm.

Lectio Iſaiæ prophétæ.

Capit. 40. HÆc dicit Dóminus: Super mõté excélſum aſcénde tu, qui euangelizas Siõn, Exalta in fortitúdine vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalem. Exálta, noli timére. Dic ciuitátibus Iudæ. Ecce Deus veſter, ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet: & bráchium eius dominabitur. Ecce, merces eius cũ eo: & opus illíus coram ipſo. Sicut paſtor, gregem ſuum paſcet: & in bráchio ſuo cõgregabit agnos: & in ſinu ſuo leuábit eos Dóminus Deus noſter.

Graduale. Dómine Deus virtútum conuerte nos, & oſténde faciem tuã, & ſalui érimus. ℣. Excita Dómine potentiam tuam, & veni: vt ſaluos facias nos. Orémus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus: vt filij tui ventura ſollémnitas, & præſentis nobis vitæ remedia cõferat: & præmia ætérna concédat. Per eúndem Dóminum.

Lectio Iſaiæ prophetæ.

HÆc dicit Dómin⁹ Chriſto meo Cyro: cui⁹ apprehéndi déxterã, vt ſubijciã ante faciem eius gentes: & dorſa regnũ vertam, & aperiam corã eo iánuas: & portæ nõ claudentur. Ego ante te ibo: & glorióſ⁹ terræ humiliabo. Portas æreas cónterã: & vectes férreos confrigã. Et dabo tibi theſauros abſcónditos, & arcána ſecretórũ: vt ſcias, quia ego Dñs, qui voco nomen tuũ, Deus Iſraél: propter Iacob ſeruũ meũ, & Iſraél electũ meum. Et vocaui te nomine tuo: aſsimiliáui te, & non cognouíſti me. Ego Dñs, & non eſt ámplius: extra me nõ eſt De⁹. Accínxi te: & non cognouíſti me: vt ſciant hi, qui ab ortu ſolis, & qui ab occidénte: quóniam abſque me non eſt Deus. Ego Dñs, & non eſt alter: formans lucé, & creãs ténebras, faciens pacem, & creãs malum. Ego Dñs, faciens omnia hæc. Roráte cæli déſuper & nubes pluant iuſtum: aperiátur terra, & gérminet ſaluatórem: & iuſtítia oriatur ſimul Ego Dñs creaui eum.

Graduale. Excita, Dñe, potẽtiam tuã Ps.49. & veni, vt ſaluos facias nos. ℣. Qui regis Iſraél, intende qui dedúcis, velut ouẽ, Ioſeph: qui ſedis ſuper Chérubim, appare coram Ephraim: Beniamin & Manaſſe: Orémus. Flectámus génua. ℟. Leuáte. Oratio.

Preces

PReces pópuli tui, quæſumus, Dómine, cleménter exaudi: vt qui iuſte pro peccátis noſtris affligimur: pietatis tuæ viſitatióne conſolémur. Qui viuis.

Lectio Danielis prophetæ.

Cap. 3. IN diébus illis. Angelus Dómini deſcendit cum Azaría & ſócijs eius in fornácem: & excúſsit flammã ignis de fornáce: & fecit médium fornacis quaſi ventũ roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornácem cúbitis quadragínta nouem: & incendit quos réperit iuxta fornácem de Chaldæis miniſtros regis, qui eam incendébant. Illos autem omníno non tétigit ignis neque contriſtáuit, nec quicquam moléſtiæ íntulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore laudabant, & glorificábant, & benedicébant Deũ in fornáce, dicéntes. Hymnus.

Dan. 3. BEnedictus es Dómine Deus patrũm noſtrorũ. Et laudabilis & glorióſus in ſæcula.

Et benedictum nomen glóriæ tuæ: quod eſt ſanctum. Et laudabile & glorióſum in ſæcula.

Benedíctus es in téplo ſancto glóriæ tuæ Et laudabilis et glorióſ9 in ſęcula.

Benedictus es ſuper thrónũ ſãctũ regni tui. Et laudabilis & glorióſ9 in ſæcu.

Benedict9 es ſuper ſceptrũ diuinitátis tuæ. Et laudabilis & glorióſus in ſæcu.

Benedictus es qui ſedes ſuper Cherubim íntuens abyſſos. Et laudabilis & glorióſus in ſæcula.

Benedictus es, qui ambulas ſuper pennas ventórum, & ſuper vndas maris. Et laudabilis & glorióſ9 in ſæcula.

Benedicãt te õnes ángeli, & ſancti tui Et laudent te, & glorificent in ſęcula.

Benedicãt te cæli, terra, mare, & ómnia quæ in eis ſunt. Et laudent te, & glorificent in ſæcula.

Glória patri, & filio, & ſpiritui ſctó. Et laudabilis & glorióſus in ſæcula.

Sicut erat in principio, & nunc & ſéper, & in ſæcula ſæculórum. Amen. Et laudabilis & glorióſus in ſæcula.

Benedict9 es Dñe De9 patrũ noſtrorũ Et laudabilis & glorióſus in ſæcula.

Hic dicitur ℣. Dñs vobíſcũ ſine Flectámus génua. Oremus Oratio.

DEus, qui tribus púeris mitigáſti flammas ígniũ, concéde propítius, vt nos fámulos tuos nõ exúrat flamma vitiórum. Per Dóminum.

De ſancta Maria. Oratio.

DE9 qui de beátæ Marię virginis útero, verbum tuũ, ángelo nũciánte carnẽ ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui veré eam genitricẽ Dei crédimus, eius apud te interceſsiónibus adiuuémur.

Pro Papa. Oratio.

DEus ómnium fideliũ paſtor & rector, fámulum tuũ. N. quẽ paſtórẽ Eccléſiæ tuæ præéſſe voluiſti, ꝓpitius réſpice, da ei, quæſumus, verbo & exémplo, quibus præeſt, proficere: vt ad vitã vnã cum grege ſibi crédito, peruéniat ſempitérnã. Per Dñm.

Vel contra perſecutores Eccleſiæ.

Eccleſiæ tuæ, vt in feria vj. precedẽti.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſeis.

ca.2 FRatres: Rogâmus vos per aduéntum Dómini noſtri Ieſu Chriſti: & noſtræ congregatiônis in ipſum, vt non cito moueamini à veſtro ſenſu: neq; terreámini neque per ſpíritũ neque per ſermônem, neque per epiſtolam tamquam per nos miſſam, qua ſi inſtet dies Dómini. Neque vos ſedûcat vllo modo: quóniam, niſi vénerit diſcéſsio primum: & reuelatus fúerit homo peccati, filius perditiônis: qui aduerſatur, & extóllitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod cólitur: ita vt in templo Dei ſedeat: oſténdens ſe tamquam ſit Deus. Nõ retinéris, quòd cúm adhuc eſſem apud vos, hæc dicébã vobis? Et nunc quid detineat ſcitis: vt reuelêtur in ſuo témpore. Nam myſtérium iam operâtur iniquitâtis: tântum vt qui tenet: nunc téneat, donec de médio fiat. Et tunc reuelabitur ille iníquus: quem Dómi nus Ieſus inter ficiet ſpiritu oris ſui: & déſtruet illuſtratiône aduéntus ſui.

76. Tract. Qui regis Iſraél, intende: qui dedúcis, velut ouem, Ioſeph. ℣. Qui ſedes ſuper Chérubim: appáre coram Ephraim, Béniamin, & Manaſſe. ℣ Excita, Dñe, poténtiã tuã & veni, vt ſaluos facias nos. Eãngel. Anno quinto décimo. vt in ſequenti

.6. Miſſa. Offert. Exúlta ſatis filia Sion: prædica filia Hieruſalém, ecce rex tuus venit tibi, ſanctus, & ſaluâtor.

Secreta.

SAcrifíciis præſéntib⁹, quæſumus Dñe, placâtus inténde: vt & deuótioni noſtræ proficiat, & ſaluator. Per.

De ſancta Maria. Secreta.

IN méntibus noſtris, quæſumus Dómine, veræ fidei ſacraménta confirma, vt qui concéptum de vírgine Deum verum & hóminem confitêmur, per eius ſalutíferæ reſurrectiônis poténtiã ad ætérnã mereâmur peruenire lætítiã. Pro Papa. Secreta.

OBlátis, quæſumus, Dómine, placàre munéribus: & famulũ tuum N. qué paſtôrem Eccléſiæ tuæ præéſſe voluiſti, aſsídua protectiône gubérna. Per Dóminum.

Vel contra perſecutores Eccléſiæ.

Secreta.

Prótege. vt in feria vj. præcedenti.

Cõmunio. Exultáuit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cælo egréſſio eius & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Pſ.18.

Poſtcommunio.

QVæſumus: Dómine Deus noſter: vt ſacro ſancta myſtéria, quæ pro reparatiônis noſtrę munimine contuliſti: & præſens nobis remédium eſſe facias & futûrum. Per Dóminum noſtrum.

De ſácta Maria. Poſtcommu.

GRâtiam tuam, quæſumus Dómine, mentibus noſtris infúnde vt qui, ángelo nunciante, Chriſti filij tui incarnatiônem cognóuimus, per paſsiônem eius & crucem, ad reſurrectiónis glóriam perducámur.

Pro Papa. Poſtcommunio.

HÆc nos, quæſumus, Dómine, diuini ſacramenti percéptio prótegat, & famulum tuum. N. quem paſtórem Eccléſiæ tuæ præéſſe voluiſti.

iuſti vna cum commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper, & múniat. Per Dominum noſtrum.

Vel contra perſecutores Eccleſiæ.

Poſtcómunio.

Quæſumus. vt in feria vj. præcedéti.

¶ Dominica iiij. de Aduentu.

Statio ad ſanctos duodecim Apóſtolos. Introitus.

Iſo·45. Rórate cæli déſuper, & nubes pluant iuſtũ: aperiátur terra, & germinet ſaluatorem. Pſalm.

Pſ.18. Cæli enárrant gloriam Dei: & ópera mánuũ eius annúnciat firmaméntum. ℣ Gloria patri. Oratio.

EXcita Dómine poténtiam tuam & veni: & magna nobis virtúte ſuccúrre: vt per auxilium gratiæ tuæ, quod noſtra peccáta præpediunt, indulgentia tuæ propitiatiónis accéleret, Qui viuis.

De ſancta Maria. Oratio.

DEꝰ qui de beátæ Mariȩ virginis útero, verbum tuũ, ángelo nũciánte carné ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui veréeam genitricé Dei crédimus, eius apud te interceſsiónibus adiuuémur.

Contra perſecutores Eccleſiæ.

ECcléſiæ tuæ, quæſumus, Dómine, preces placatus admitte: vt deſtrúctis aduerſitátibus, & erróribus vniuérſis, ſecúra tibi ſeruiat libertáte. Per Dóminum. Vel pro Papa.

Deus ómnium fidélium. vt in Sabbatho præcedenti.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres. Sic nos exiſtimet homo, 1.Ca. vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriórum Dei. Hic iã quęritur inter diſpenſatóres, vt fidelis quis inueniátur. Mihi autem pro mínimo eſt, vt à vobis iúdicer, aut ab humáno die: ſed neque me ipſum iúdico. Nihil enim mihi cónſcius ſum ſed nõ in hoc iuſtificátus ſum. Qui autem iúdicat me, Dóminus eſt. Itaque nolíte ante tempus iudicáre: quoadúſque véniat Dñs qui & illuminábit abſcódita tenebrárũ, & manifeſtabit cõſilia córdiũ, Et tunc laus erit vni cuiq; à Deo.

Graduale. Prope eſt Dóminus ómnibus inuocántibus eũ, ómnibus qui Pſ.4 inuocánt eum in veritate. ℣. Laudé Dómini loquátur os meum, & benedícat omnis caro nomen ſanctũ eius. Alleluia, alleluia. ℣. Veni Dómine, & noli tardare: relaxa facínora plebis tuæ Iſrael, Alleluia.

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndum Lucam.



ANno quinto décimo impérij Tybérij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrárcha auté Galilææ Heróde, Philippo auté fratre eiꝰ tetrárcha Iturææ & Traconítidis regiónis, & Lyſania Abilínæ tetrárcha, ſubprincipibꝰ ſacerdótũ Anna & Caipha: factũ eſt verbũ Dñi ſup Ioanné Zachariæ filiũ, in deſerto. Et vénit in õné regióné Iordánis, Cap

dânis, prædicans baptiſmum pænitén
tiæ in remiſsiônem peccatôrum: ſicut
ſcriptum eſt in libro ſermônum Iſaiæ
a.40 prophétæ. Vox clamantis in deſerto.
Paráte viam Dómini, rectas facite ſé-
mitas eius. Omnis vallis implébitur:
& omnis mons & collis humiliábitur.
Et erunt praua in dirécta: & áſpera in
vias planas. Et vidébit omnis caro ſa-
lutâre Dei. Credo. Offertoriũ. Aue
ic.1. María grátia plena, Dóminus tecum:
benedicta tu in muliéribus, & benedí-
ctus frúctus ventris tui Secreta.

SAcrifícijs præſéntibus, quæſum⁹ Dómine, placâtus inténde: vt & deuotióni noſtræ profíciant, & ſalúti. Per Dóminum.

De ſancta María. Secreta.

IN méntibus noſtris, quæſumus Dómine, veræ fidei ſacraménta confírma, vt qui concéptum de vírgine Deum verum & hóminem confitêmur, per eius ſalutíferæ reſurrectiônis poté tiã ad ætérnã mereâmur peruenire lætítiã. Contra perſecutores Eccléſiæ. Secreta.

PRótege nos Dómine tuis myſtérijs ſeruiéntes: vt diuínis rebus inhærénres, & córpore tibi famulêmur & mente. Per Dóminum.

Vel pro Pâpa. Secreta.

Oblátis. vt in Sabbatho præcedenti

Communio

7. Ecce virgô concípiet, & páriet filiũ: & vocábitur nomen eius Emmanuél.

Poſtcõmunio.

SVmptis munéribus, quæſum⁹ Dómine: vt cum frequentatiône myſtérij creſcat noſtræ ſalûtis effectus. Per Dóminum. De ſancta María.

Poſtcõmunio.

GRâtiam tuam, quæſumus Dómine, méntibus noſtris infúnde vt qui, ángelo nunciante, Chriſti filij tui incarnatiônem cognóuimus, per paſsiônem eius & crucem, ad reſurrectiónis glóriam perducámur.

Contra perſecutores Eccléſiæ.

Poſtcõmunio.

QVæſumus Dñe Deus noſter: vt quos diuína tribuis participatiône gaudêre, humánis non ſinas ſubiacêre periculis. Per Dóminum noſt.

Vel pro Papa. Poſtcõmunio.

Hæc nos quæſumus. vt in Sabbatho præcedenti.

Si Vigilia Natiuitâtis Dómini venerit in Dominica, totum officium Miſſæ fit de vìgilia, cum cõmemoratiône Dominicæ.

¶ In Vigilia Natauitâtis Dómini.

Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.

HOdie ſciêtis, quia véniet Dóminus, & ſaluábit Ex.16.
nos: & mane vidébitis
glóriã eius. Pſalm. Dómini Pſ.23.
eſt terra, & plenitúdo eius: orbis terrârum, & vniuérſi qui hábitant in eo. ℣. Glória patri. Oratio.

DDeus qui nos redemptiônis noſtræ ánnua expectatiône lætíficas: præſta, vt vnigénitum tuum qué redemptôrem læti ſuſcìpimus, veniéntem quoque iúdicem ſecúri videâmus Dóminum noſtrum Ieſum

Chriſtum

Et dicitur hæc Oratio tantùm, niſi vigilia venerit in Dominica.

¶ Lectio epiſtolæ beati Pauli apóſtoli ad Romanos.

Cap.1. FRatres: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocâtus apóſtolus, ſegregâtus in euangélium Dei, (quod antè promiſerat per prophétas ſuos in ſcriptúris ſanctis) de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſémine Dauid ſecundum carné: qui prædeſtinâtus eſt filius Dei in virtûte, ſecundum ſpiritum ſanctificatiônis, ex reſurrectiône mortuôrum Ieſu Chriſti Domini noſtri. Per quem accépimus grátiam & apoſtolátum, ad obediéndum fidei in omnibus géntibus pro nómine eius: in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti Dómini noſtri.

Exod. 1.9. Gradúale. Hodie ſciêtis, quia véniet Dóminus, & ſaluabit nos: & mane

Pſ.67. videbitis gloriam eius. ℣. Qui regis Iſrael, inténde: qui dedûcis, velut ouem, Ioſeph: qui ſedes ſuper Cherubim, appáre coram Ephraim, Beniamin, & Manaſſe. Non dicitur Alleluia. cum ſequente verſu, niſi hæc vigilia venerit in Dominica.

Alleluia, alleluia. ℣. Cráſtina die delebitur iníquitas terræ: & regnábit ſuper nos Saluâtor mundi, alleluia.

Sequéntia ſancti euangélij ſecundum Matthæum.

Cp.1. IN illo témpore: Cum eſſet deſponſâta mater Ieſu Maria, Ioſéph: antequam conuenirent, inuénta eſt in vtero habens de ſpìritu ſãcto. Ioſeph auté vir eius cũ eſſet iuſtus, & nollet eam traducere: vóluit occúlté dimittere eam. Hæc autem eo cogitánte, ecce ángelus Dómini in ſomnis appáruit ei, dicéns. Ioſéph fili Dauid, noli timêre accìpere Maríam cóniugem tuã. Quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Páriet autem filium, & vocábis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluũ facit pópulum ſuum à peccátis eôrum.

Offertorium. Tóllite portas príncipes veſtras, & eleuámini portæ æternales, & introibit rex glóriæ. Pſ.23

Secreta.

DA nobis, quæſumus, ómnipotens Deus: vt ſicut adoranda filij tui natalítia præuénimus: ſic eius múnera capiamus ſempiterna gaudéntes. Qui tecum viuit. Commúnio.

Reuelabitur glória Dómini: & videbit omnis caro ſalutáre Dei noſtri. Iſa.

Poſtcómunio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, vnigéniti filij tui recenſita Natiuitâte reſpirare: cui' cæléſti myſtêrio paſcimur & potâmur. Per eundem Dominum.

Sacerdos quoniam in die Natalis Domini celebrat, tres Miſſas, in prima & ſecunda Miſſa non ſumat purificatiônem, ſed in tertia miſſa.

## ¶ IN NATIVITATE Domini.

### Ad primam Miſſam in nocte Natiuitatis Domini.

¶ Statio ad ſáctam Mariam maioré ad præſepe. Introitus.



i.2. Dominus dixit ad me: filius me'
es tu, ego hódie génui te. Pſal.
Quare fremuérunt gentes: & populi
meditáti ſunt inánia. ℣. Gl̃a pat. Or.
Deus qui hanc ſacratiſſimam no
ctē veri lúminis feciſti illuſtratiō
ne claréſcere: da quæſumus; vt cuius
lucis myſtéria in terra cognóuimus:
eius quoque gaudijs in cælo perfruā-
mur. Qui tecum viuit & regnat.

Lectio epiſtolæ beati Pauli
apóſtoli ad Titum.

.2. Cariſſime: Appáruit grátia Dei
Saluatôris noſtri ómnibus ho-
minibus, erúdiens nos: vt abnegātes
impietâtem, & ſæcularia deſideria: ſo
briè, & iuſté, & pie viuâmus in hoc ſę
7 culo: expectātes beâtam ſpem, & ad-
uétum glóriæ magni Dei, & Saluatô
ris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſeme
tipſū pro nobis: vt nos redimeret ab
ōni iniquitáte: & mundâret ſibi pópu
lum acceptabilem, ſectatôrem bonô-
rum óperum. Hæc lóquere, & exhor
târe: in Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

Graduale. Tecum principium in Pſ.109
die virtûtis tuæ: in ſplendoribus ſan-
ctôrum ex vtero ăte lucíferum genui
te. ℣. Dixit Dñs dño meo: ſede à dex- Ibidē
tris meis: donec ponam inimícos tu-
os ſcabéllum pedum tuôrum. Allelu Pſa2.
ia, alleluia. ℣. Dñs dixit ad me: fili-
us meus es tu, ego hódie génui te, al.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.

In illo témpore. Exiit edictū à Cæſa Cap.2.
re Auguſto, vt deſcriberētur vniuér
ſus orbis. Hæc deſcriptio prima, fa-
cta eſt à præſide Syriæ Cyríno. Et ibant
omnes, vt profiterentur, ſinguli in ſuā
am ciuitatē. Aſcendit autē & Ioſeph à
Galilæa de ciuitate Nazaréth, in Iudæ
am, in ciuitâtem Dauid, quæ voca
tur Bethlehē: eò quód eſſet de domo
& familia Dauid: vt profiterētur cum
María deſponſata ſibi vxôre, prægnan
te. Factum eſt autem: cúm eſſent ibi,
impléti ſunt dies vt páreret. Et pépe-
rit filium ſuum primogénitum: & pā
nis eum inuóluit: & reclinâuit eum in
præſepio: quia non erat ei locus in di-
uerſório. Et paſtores erant in regiône
eâdem vigilantes & cuſtodientes vi-
gilias noctis ſuper gregéſuū. Et ecce,
angelus Dñi ſtetit iuxta illos, & clari-
tas Dei circūfúlſit illos: & timuérunt
timôre magno. Et dixit illis angelus.
Nolite timêre. Ecce enim euangelizo
vobis gaudiū magnum, quod erit om
ni pópulo: quia natus eſt vobis hó-
die ſaluâtor, qui eſt Chriſtus Dómi-
nus,

n9 in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolûtum: & pôſitum in præſépio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitúdo militiæ cæléſtis laudántium Deũ & dicéntiũ. Gloria in altiſsimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ volũtâtis. Et dicitur Credo. Offertoriũ.
Pſ.95. Lætentur cæli, & exúltet terra ante faciem Dñi: quóniam venit. Secreta.

Accépta tibi ſit Dómine, quæſumus, hodiérnæ feſtiuitâtis oblatio: vt tua grátia largiénte, per hęc ſacro ſancta commércia, in illius inueniámur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtántia. Qui tecum.

Præfatio. Æterne Deus. Quia per incarnáti. Et dicitur quotidie vſq; ad Epiphaniam Infra actionem. Communicántes & noctem ſacratiſsmam celebrántes Et dicitur quotidie vſq; ad octauam Natiuitatis tantum incluſue. In hac Miſſa tantum dicitur nocté, deinceps verò dié. Cõmunio. In
Pſ.19. ſplendóribus ſanctórum, ex vtero ante luciferum génuite.

Poſtcommunio.

Da nobis, quæſumus, Dómine, Deus noſter: vt qui natiuitatem Dómini noſtri Ieſu Chriſti myſtérijs nos frequentâre gaudêmus, dignis cõuerſatiónibus ad eius mereâmur peruenire cõnſortium. Qui tecum.

Debet ſacerdos ante quálibet Miſſam confeſsionem dicere, & in fine cuiuſlibet populo benedicere, & euangelium ſancti Ioannis, In principio erat verbũ, &c. Poſt. tertiam vero Miſſam, loco prædicti euangelij dicitur euangelium Cum natus eſſet Ieſus, quod in die Epiphaniæ legitur.

¶ Ad ſecundam Miſſam in Aurora, in die Natiuitatis Domini.

Statio ad ſanctam Anaſtaſiam.

Introitus.

Lux fulgébit hódie ſuper nos: quia, nat9 eſt nobis Dñs: & vocabitur admirabilis, Deus princeps pacis, pater futúri ſæculi: cuius regni nõ erit finis. Iſa.9

Pſalm. Pſ.29

Dóminus regnâuit, decôrẽ indûtus eſt: indutus eſt Dóminus fortitudinẽ, & præcinxit ſe. ℣. Glória patri. Orat.

Da nobis, quæſumus, omnipotens Deus, qui noua incarnáti verbi tui luce perfúdimur: hoc in noſtro reſpléndeat ópere, quod per fidem fulget in mente. Per eúndem

Pro ſancta Anaſtaſia. Comme.

Da, quæſumus, omnípotẽs De9, vt qui beatæ Anaſtaſię martyris tuæ ſollémnia cólimus: eius apud te patrocinia ſentiâmus. Per Dñm noſt.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Titum.

Cariſsime: Appáruit benígnitas & humanitas Saluatôris noſtri Dei: non ex opéribus iuſtitiæ, quæ fécimus nos: ſed ſecúndum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Per lauâcrum regenerationis & renouationis ſpíritus ſancti, quẽ effúdit in nos abũdè per Ieſum Chriſtum ſaluatórem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius h-

rędes ſumus ſecundum ſpē vitæ ætér-
næ, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.
17. Graduale. B enedíctus qui venit in nó
mine Dòmini: Deus dñs, & illuxit
nobis. ℣. A Dómino factū eſt iſtud:
& eſt mirabile in óculis noſtris.
92. A lleluia, alleluia. ℣. Dóminus regnâ
uit, decôrem ìnduit: induit Dóminus
fortitúdinem, & præcinxit ſe virtúte
alleluia.

Sequéntia ſancti euangélij
ſecundum Lucam.

p.2 I N illo tempore: Paſtóres loqubeán-
tur adinuicem. Tranſeamus vſque
Bethlehém: & videâmus hoc verbum
quod factum eſt, quod fecit Dóminus
& oſtendit nobis. Et venérunt feſti-
nantes: & inuenérunt Mariam & Io-
ſeph &. infantem poſitum in præſe-
pio. Videntes auté, cognouerunt de
verbo, quod dictum erat illis de pue-
ro, hoc. Et omnes, qui audiérunt, mi
rati ſunt, & de his, quæ dicta erant à
paſtóribus ad ipſos. Maria autem con
ſeruabat ómnia verba hæc cónferens
in corde ſuo. Et reuérſi ſunt paſtóres:
glorificántes & laudantes Deum in
omnibus quæ audierant, & viderant:
ſicut dictum eſt ad illos.
9. C redo. Offertorium. D eus firmâuit
orbem terræ, qui non commouébi-
tur: paráta ſedes tua Deus ex tunc, à
ſæculo tu es. Secreta.

M Vnera noſtra, quæſumus, Dó
mine, natiuitatis hodiérnæ my
ſtérijs apta prouéniant, & pacem no-
bis ſemper infúndant vt ſicut homo
génitus idem reſulſit Deus, ſic nobis
hæc terrena ſubſtántia conferat, quod
diuinum eſt Per eúndem.

Pro ſancta Anaſtaſia. Secreta.

A Çcipe, quęſumus, Dómine, mu
nera dignanter oblata: & beatæ
Anaſtaſiæ ſuffragantibus méritis, ad
noſtræ ſalutis auxiliū peruenîre concé
de. Pręfatio & Cómunicántes. Zac.9.
vt ſupra. Cōmunio E xúlta filia Sion:
lauda filia Hieruſalém: ecce rex tuus
venit ſanctus, & ſaluator mundi.

Poſtcommunio.

H Vius nos Dñe, ſacranenti ſēper
nóuitas natalis inſtauret: cuꝰ na
tiuitas ſingularis humaná repulit ve
tuſtâtem. Per eundem.

Pro ſacta Anaſtaſia. Poſtcōmnni.

S Atiáſti, Dómiue, familiam tuam
munéribus ſacris: eius, quæſumꝰ,
interuentiône nos refoue, cuius ſollé
nia celebrâmus. Per Dóminum.

¶ Ad tertiam Miſſam in die
Natiuitatis Dómini
Statio ad ſanctam Mariam maioré.
Introitus.

P Ver natꝰ eſt nobis, & Iſai.9.
filius datus eſt nobis:
cuiꝰ iupériū ſuper hú-
merum eius: & vocá
bitur nomen eius ma
gni conſilij angelus.
Pſalm. Cantate Dómino cánticum Pſ.97
nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Glo-
ria patri. Oratio.

C Oncéde quęſumus omnipotens
Deus vt nos vnigéniti tui noua
pér carné natiuitas liberet: quos ſub-
peccáti iugo vetuſta ſeruitꝰ tenet Per

Lectio

## Lectio Epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Hebræos.

Ps.1. FRatres. Multifariam multisque
modis olim Deus loquens patri-
bus in prophétis: nouíſsimè diebus iſ-
tis locûtus eſt nobis in filio: quem cõ-
ſtituit hærêdem vniuerſórũ: per quẽ
fecit & ſæcula. Quì cum ſit ſplendor
glóriæ, & figûra ſubſtantiæ eius, por-
tansque õnia verbo virtûtis ſuæ: pur-
gatiônem peccatôrum faciens, ſedet
ad dexteram maieſtâtis in excélſis: tã
to mélior ángelis effectus, quanto di-
fferéntius præ illis nomẽ hæreditâuit.
Cui enim dixit aliquãdo angelôrum.
Pſal 2 Filius meus es tu, ego hódie génui te?
2.Reg. 7 Et rurſum. Ego ero illi in patrem, &
ipſe erit mihì in filium Et cùm iterum
introdûcit primo genitum in orbem
Ps.96 terræ, dicit. Et adórent eum omnes
ángeli Dei. Et ad angelos quidem di-
Pſ.103. cit: Quì facit ángelos ſuos, ſpíritus:
& miniſtros ſuos, flãmam ignis. Ad
filium autem. Thronus tuus Deus in
Pſ.44. ſæcum ſæculi: virga æquitâtis, virga
regni tui. Dilexiſti iuſtítiam, & odiſ-
ti iniquitâtem: proptérea vnxit te De
us, Deus tuus óleo exultatiônis, præ
Pſ.101 participibus tuis. Et, Tu in principio
Dómine terram fũdaſti: & ópera mã-
nuum tuârũ ſunt cæli: Ipſi peribunt,
tu autem permanebis: & omnes vt
veſtiméntum veteráſcent. Et velut a-
míctum mutábis eos, & mutabúntur.
Tu autem idem ipſe es, & anni tui nõ
defícient.

Pſ.97. Graduale. Vidérunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri: iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit Dóminus ſalutâre ſuum: ante conſpectum géntium reuelâuit iuſtítiam ſuam. Alleluia, alleluia. ℣. Dies ſanctificâtus illuxit nobis: venite gentes, & adorâte Dóminum: quia hódie deſcéndit lux magna ſuper terram, alleluia.

## Initium ſancti euangélij ſecundum Ioannem.



Cap. IN princípio erat verbũ, & verbum erat apud Deũ: & Deus erat verbũ. Hoc erat in princípio apud Deũ. Omnia per ipſũ facta ſunt: & ſine ipſo factũ eſt nihil. Quod factũ eſt, in ipſo vita erat & vita erat lux hóminũ: & lux in ténebris lucet: & ténebræ eã non comprehendérunt. Fuit homo miſſꝰ à Deo, cui nomẽ erat Ioannes. Hic venit in teſtimóniũ: vt teſtimóniũ perhibêret de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimôniũ ꝑhibêret de lumine. Erat lux vera, quæ illúminat õnem hóminẽ veniẽtẽ in hunc mundũ. In mundo erat: & mũdus per ipſũ factus eſt: & mundꝰ eũ non cognôuit. In própria venit: & ſui eũ ñ recepérunt. Quotquot autẽ recceperunt eũ, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri: his qui credunt in nómine eius. Qui nõ ex ſáguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: ſed ex Deo nati ſunt. Et verbũ caro factũ eſt: & habitâuit in nobis (& vídimus glóriam eius, glóriam quaſi vnigéniti à patre) plenũ gratiæ & veritatis.

8. Credo. Offertorium. Tui ſunt cæli
& tua eſt terra:orbem terrârum & ple
nitúdinem eius tu fundaſti: iuſtitia &
iudícium præparàtio ſedis tuæ.

Secreta.

OBlâta Dómine munera, noua
vnigeniti tui natiuitâte ſancti-
fica: nos que á peccatôrum noſtrorũ
máculis emunda. Per eúndem.
Præfatio, & Communicantes, vt in
97. canone. Communio. Vidérunt om-
nes fines terræ ſalutâre Dei noſtri.

Poſtcõmunio.

PRæſta, quæſumus, omnìpotens
Deus: vt natus hódie ſaluâtor mũ
di, ſicut diuínæ nobis generatiônis eſt
auctor: ita & immotalitatis ſit ipſe lar
gitor. Qui tecum viuit.

## IN FESTO SANCTI STE-
## phani Protomartyris.

Statio ad ſanctum Stephanum in
Cælio monte. Introitus.

18. SEdérũt príncipes,
& aduerſum me lo
quebâtur, & iniqui
perſecúti ſunt me:
adiuua me Dómi-
ne De⁹ meus: quia
ſeruus tuus exercebatur in tuis iuſtifi-
18. cationibus. Pſalm. Beati immaculati
in via, qui ámbulant in lege Dómini.
℣. Gloria patri. Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dñe, imi-
tari quod cólimus: vt diſcamus
& inimicos diligere: quia ei⁹ natalitia
celebramus, qui nouit etiam pro per-
ſecutoribus exoráre Dóminum noſ-
trum Ieſum Chriſtum filium tuum.
Qui tecum viuit.

Et fit cõm. Natiuitat. Oratio.

COncêde, quæſumus omnìpotẽs
Deus; vt nos vnigéniti tui noua
per carnẽ natiuítas líberet, quos ſub
peccati iugo vetúſta ſeruit⁹ tenet. Per

Léctio Actuum apoſtolórum.

IN diébus illis. Stéphanus plen⁹ gra Cap6
tia & fortitúdine, faciêbat prodí-
gia & ſigna magna in pópulo. Surre-
xérunt autem quidam de ſynagóga,
quæ appellabatur Libertinôrum, &
Çyrenénſium, & Alexandrinôrũ, &
eôrũ qui erant a Cilícia & Aſia, díſpu
tántes cũ Stéphano: & non póterant
reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui: qui loq;
bâtur. Audiétes autẽ hæc diſſecabá- Cap.7
tur córdibus ſuis, & ſtridébant dẽnti-
bus in eum. Cùm autem eſſet Stepha
nus plenus ſpíritu ſancto, intẽdens in
cælũ vidit gloriã Déi, & Ieſũ ſtantem
à dextris virtûtis Dei, & ait. Ecce vi-
deo cælos apertos: & filium hóminis
ſtantem à dextris virtûtis Dei. Excla
mantes autem voce magna, cõtinué-
runt aures ſuas: & impetum fecérunt
vnanímiter in eũ. Et eijciéntes eũ ex-
tra ciuitâtem, lapidabant. Et teſtes de
poſuérunt veſtimenta ſua ſecus pedés
adoleſcentis; qui vocabátur Saulus
Et lapidabant Stéphanum inuocántẽ
& dicéntem. Dómine Ieſu, áccipe ſpi
ritum meum. Póſitis autem genibus
clamâuit voce magna, dicens. Dómi
ne, ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Et cũ
hoc dixiſſet, obdormîuit in Dómino
Gradual. Sedérunt príncipes, & ad Pſ 118.
uérſum me loquébantur: & iniqui